L V B



1589

Iudicium Iusti Lipsi
de P. Rami.

Iuvenitis nostra me amicitiae: Nec
quam erit ille magnus, cui Ramus
non magnus.

Cent. 1. Epist. 89. ad Paulum
Buteum.

Sic Dn. L. Hermannus Scribebat
Fred. Christoph. Sab. Francofurti
Cum Ms. Cotta, 18 Aug.

Judicium Julii Pacii de P. Ramo eiusq; sectatoribus

Sed ut de aliis in praesentia taceam, ac de philosophis vaura dicam: qui fieri potuisset, ut P. Ramo rhetorices et logices conditione, qualis ut quantaq; in eo fuit, in truclo, calumnias, convicijs, cavillis Aristoteleam tot seculorū et gentiū auctoritate rumpā et comprobatā, aspectū, odiosam, molestiam apud multos redderet: sed, ms plurimis nominatim Peripateticis, quibus tū Ramo contrō fuit, barde ac sophistae fuisset. Hi dū dotes scripta perverse interpretantur, dū ea partim imperitiā, partim ambitionis cā mutilant:

— contactuq; omnia fredant
Immundo —

occasionē vero bonis praebuerē non solū contra suas nugas sed etiam contra Artem ipsam male intellectā disputandi. Quae contentio eo progressa, ut iā non tam argēs. quam odijs certent. et nunq; Ramei Aristotelicos, nunq; Aristotelici Rameos ferre possit, sed ab utraq; parte pugnent acerrime quasi pro aris et foci. Quare studio partiū incensi, nō solū ea quae sunt damnanda, sed utilia resta ut utilia nec à se intellecta teneant. Quod certe ii faciunt, qui Rami dictata, quam nunq; legerē, nimirū improbāt. Sane Rami scholas, at Talei commentarios in primū Ethicū Nichomachū (ut liburē dicam, [illegible] sentio) nil aliud esse existimo, quam sophismatū et calumniarū sentinā. Nō propterea ni alia eorundem auctorū opera damno, imo vero ipsa quae in quibus Artis Organū nō est accommodatū, (multis n. et variis causis illi libri inutiles et inutiles ita nō posse utiliores proponi quam Rami dialecticam, quae et locorum praeceptionē, haud contemnenda apitonē.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΟΡΓΑΝΟΝ.

ARISTOTELIS STAGIRITÆ PERIPATETICORVM principis Organum,

Hoc est libri omnes ad Logicam pertinentes, Græcè & Latinè.

IVL. PACIVS recensuit: è Græca in Latinam linguam conuertit: capitum & particularum distinctionibus, argumentisque: præterea variis lectionibus, necnō perpetuis notis, & tabulis synopticis illustrauit.

Ad Illustrem & Generosum Dominum, Dominum CAROLVM A ZEROTIN, Namestij & Rossicij Dominum, &c.

MORGIIS,
Excudebat Guillelmus Laimarius,
M. D. LXXXIIII.

Cum priuilegio CAESAREAE MAIESTATIS ad decennium.

LIBRORVM OMNIVM
qui hoc Organo continentur,
catalogus.

Πορφυρίου Εἰσαγωγή.	
Ἀριστοτέλους κατηγορίαι,	
Περὶ ἑρμηνείας.	
Ἀναλυτικῶν πρότερον,	βιβλία Β.
Ἀναλυτικῶν ὑστέρων,	βιβλ. Β.
Τοπικῶν,	βιβλ. Η.
Ἐλέγχων σοφιστικῶν.	βιβλ. Β

Porphyrij Isagoge.	
Aristotelis Categoriæ.	
De interpretatione.	
Analyticorum priorum,	lib. II.
Posteriorum,	lib. II.
Topicorum,	lib. VIII.
Elenchorum sophisticorum,	lib. II.

ILLVSTRI ET GENEROSO DOMINO, DOMINO CAROLO BARONI A Zerotin, Nameſtij & Roſſicij Domino, &c.

IVL. PACIVS S. D.

CVM multæ ſint artes ac ſcientiæ, Dei Optimi Maximi beneficio, à mortalibus inuentæ, quibus hanc vitam multis periculis & moleſtiis obnoxiam atque implicitam tuentur & iucundam reddunt: nulla mihi videtur eſſe vel magis hominibus neceſſaria, vel cuius vtilitas ad plures perueniat quàm logica facultas. Cum enim omnes pæne infinitæ ſint, vita autem humana angustis temporis ſpatiis ſit concluſa: (quod enim ſummus medicorũ de arte medica pronunciauit, de omnibus ſcientiis atque artibus verißimè dici poteſt) neceſſariò fit, vt alii alias colant, nemo autem omnes ſibi comparare queat. quod quidem diuina prouidentia factum eſſe non dubito, quo magis humana ſocietas conſeruetur, dum ſinguli, quod ſibi à Deo tributum eſt, in commune conferunt, viciſſimque id, quo carent & egent, ab aliis accipiũt. Ergo ſinguli ferè ſingulis artibus vel ſcientiis contenti, ceteras etſi non contemnunt, tamen relinquunt, vt in ea quam quiſque delegit, magis proficere poſſit. vnam verò atque alteram ei quam præcipuè colebant, adiunxerunt

--pauci quos æquus amauit
Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera virtus.

Sed quia nulla est ars, nulla scientia, quæ logicis præceptis non vtatur, idcirco hanc solam à multis addiſci neceſſe eſt. Hæc Theologis, Juriſconſultis, philoſophis, medicis, quin etiam oratoribus & poëtis non ſolum eſt vtilis, ſed etiam prorſus neceſſaria. Nec perfectè vmquã intelliget ſcientiarum theoremata, aut oratorum & poetarum artificium, quicumque eſt Logicæ omnino expers. Jtaque iure optimo Ariſtoteles huius artis ignorationem veteribus philoſophis exprobrauit: & proculdubio, ſi nunc viueret, lõgè plures & longè acriùs eo nomine incuſaret. ipſe verò, ne in idem vitium incideret ἀπαιδεύσιας καὶ ἀπειρίας, quod aliis obiiciebat, diligentiſſimè in hanc artem incubuit, primúſque & eam abſoluit, & eius vbique præceptis rectiſſimè vſus eſt. Ac ſanè quicũque huius philoſophi ſcripta diligenter euoluet atque expendet, facere non poterit, quin præceptoris mei Jac. Zabarellæ, viri non minùs doctrina quàm nobilitate illuſtris, ſententiam probet. is enim cùm Logicam doceret, antequam ad philoſophiæ profeſſionẽ aſſumeretur, dicere ſolebat, Ariſtotelem potiſſimum ob perfectam logicæ cognitionẽ omnes alios philoſophos ſuperaſſe & longo interuallo poſt ſe reliquiſſe. Quamobrem cùm huius philoſophi libri omnes ſint magni faciendi, haud poſtremo loco habendi ſunt ij qui rationis vſum luculentiſſimè cõmonſtrant, ac demonſtrandi, definiendi, diuidendi artẽ pulcherrimo ordine traditã cõplectuntur. Neque tamẽ me latet tantã eſſe in his libris obſcuritatẽ, vt alij deterriti ab eorũ lectione omnino abſtinuerint, alii fruſtrà laborarint, & ne hilum quidẽ profecerint, alii denique, ne imperiti haberẽtur, ea calũniari ac reprehendere auſi ſint quæ intelligere nõ potuerũt. ſed primi illi ignauiam, ſecundi ſtultitiã, tertii improbitatẽ ſuam oſtẽderunt:

de Aristotelis auctoritate nihil detraxerunt. nã à pulcherrimis & vtilissimis rebus propter earũ difficultatẽ abstinere, abiectissimi animi est indiciũ. ad Aristotelis autẽ libros illotis manibus, & fideli ac docto præceptore destitutũ accedere, vt quidam summus vir dixit, amentia est. quæ verò non intelligit, nemo culpare solet, nisi planè improbus & sophista. Quibus igitur licet, hi alacriter & optima spe ad Aristotelis Logicam accedant, neque putent se oleum & operam perdituros, si sesquiannum in ea discenda consumpserint. Qui verò vel tarditate ingenii, vel doctoris inopia, vel alia ratione impediuntur, quo minus in Aristotelis Organo versari vtiliter possint, hi studiis suis aliter consulant, sumpto à Procis illis exẽplo, qui cùm Penelope frui non possent, ad ancillas animum conuerterunt. Quamquam spero hos quoque, si nostra editione vti voluerint, & diligẽtiam adhibuerint, fructum aliquem ex iis libris capere posse. nam ex Græco contextu quamplurima menda sustulimus, sectiones & interpunctiones ferè omnes emendauimus, interpretationem quàm maximè potuimus perspicuam, aliáque adiunximus, quæ & Aristotelis methodum declarare, & loca obscura illustrare nobis videntur. In tenui re fortasse multis videbimur laborasse: cum possimus, eorum potius quàm nostro iudicio, maiora præstare. sed nec tenuis est labor, nec modicam (nisi mea me spes fallit) vtilitatem ex his nostris qualibus qualibus laboribus studiosi consequentur. nolo enim cum poëta dicere,

--At tenuis non gloria:--

quia non gloriæ causa, sed ad publicam tantum vtilitatem respiciens, omnem laborem pertuli. Cuius quidẽ publicæ vtilitatis, Illustris ac Generose Domine, cum te studiosissi-

mum esse animaduerterim: speraui, si sub tuo nomine hoc opus emitterem, non ingratum tibi fore. Tu namque literatos homines & bonarũ artium studiosos summa beneuolentia complecteris, & omni beneficiorum genere prosequeris: veterũ autem sapientiæ monumẽta adeo nocturna ac diurna manu teris, vt nemo mirari debeat, si magis, quàm in ætatem tuam cadere posse videtur, animũ excolueris, pulcherrimarúmque rerum & linguarũ cognitione ornaueris. Sed aliter facere minimè posses, cùm ex nobilißima illa ZEROTINORVM familia ortus sis, quæ nõ solum virtutibus bellicis, sed etiã togatis semper floruit: nec vllis vmquàm impẽsis pepercit, vt viros doctos aleret, foueret, adiuuaret. Meritò igitur ad te mitto Aristotelis Peripateticorum ac (nisi nomen inuidiosum est) philosophorum omnium principis volumen primum, quo omnium scientiarũ atque artium fundamenta continentur. Non eges tu quidem his logicis præceptis: quippe qui ea iam didicisti, & ad grauiora studia animum appulisti: domique doctißimos præceptores habes, à quibus hæc & multò maiora petere potes. Sed tamen quæ olim didicisti, non sine honesta (vt opinor) voluptate in memoriã hos libros legens poteris reuocare. Vtut sit, hac ratione tam apud te ipsum, cuius virtutes cum admiratione veneror & colo, quàm apud alios volui testatum relinquere summum quo flagro desideriũ tibi gratificandi et obsequendi. Etiam atque etiam vale Illustris et Generose Domine Baro. Deus te quamdiutißimè incolumem seruet. Ex meo museo, Nonis Martii, cIↃ IↃ LXXXIIII.

ΕΙΣ ΟΡΓΑΝΟΝ
Ἀριστοτέλους

Ἡ δ' ἣ βίβλος Ἀριστοτέλους λογικῆς παιδείης,
Ὄργανον ὠὴ κάλεσαν σοφίης εἰδήμονες ἄνδρες.
Ἀλλ' μὲν αἰθομένῳ πυρὶ λαμπετόωντι ἐίσκω·
Φῶς γὰρ ἀληθείης παρέχει, ψεῦδός τε μιαιφόνα δέ.

IVLIVS PACIVS ita interpretabatur,

Hunc rationis opus librum ratione docentem,
Organon appellant docti. sed rectius igni
Fulgenti assimilare licet: quia lumina veri
Extollit, falsumque fugat, mentisque tenebras.

Summa Priuilegij.

CAESAREAE *Maiestatis priuilegio cautum est, ne quis Aristotelis opera à Iulio Pacio recognita, in Latinam linguam conuersa, ac certis tabulis, argumentis, diagrammatis, & perpetuis notis illustrata, siue in toto, siue in parte, per decem annorum spatium à prima die cuiuslibet eorum editionis computandum, simili aut alio quopiam charactere vel forma imitari, recudere, vel alio imprimenda dare, aut alibi impressa adducere, vendere, distrahereve, citra prafati Pacij vel eiusdem heredum consensu ac voluntate palàm aut occultè ausit. Qui secus faxit, nō solùm amissione omnium huiusce modi librorum, verùm etiam pœna decem marcarum auri puri pro dimidia fisco Imperiali fraudis vindici, reliqua parte ipsius Pacij usibus irremissibiliter pēdenda plectetur: vt latiùs Cæsareo diplomate expressum est, Dato Viennæ, die 15 mensis Augusti, anno Domini 1583.*

Subsignato,
RVDOLPHVS.

Ad mandatum sacræ Cæsareæ maiestatis proprium.
P. BERNBVRGER.

Aristotelis Organi prima editio absoluta est die 15. Martij, 1584.

SYNOPSIS ET ORDO LIBRORVM QVI IN HOC ORGANO CONTINENTVR.

ISAGOGE PORPHYRII non est pars Logicæ, sed introductio ad Logicam: quia Porphyrius non auctoris sed interpretis munere fungitur, explicās quinque vocabula, quibus Aristoteles in libris logicis frequenter vtitur.

Logica versatur circa syllogismum. itaque in hoc organo explicantur,

- I. Syllogismi partes
  - Quà significant primas notiones. — CATEGORIAE.
  - Quà sunt secundæ notiones. — DE INTERPRETATIONE.
- II. Syllogismus
  - Generaliter — PRIORA ANALYTICA.
  - Specialiter
    - Demonstratiuus — POSTERIORA ANALYTICA.
    - Dialecticus. — TOPICA.
    - Sophisticus. — DE SOPHISTICIS ELENCHIS.

Singulorum librorum specialem methodum vide suis locis.

ARI-

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ
ΕΙΣΑΓΩΓΗ.

PORPHYRII
ISAGOGE,

IVLIO PACIO
interprete.

SYNOPSIS SEV METHODVS ISAGOGES PORPHYRII.

- Præfatio. *Cap.* 1.

TRACTATVS I.

- Huius libelli tres sunt partes,
  - ἔκθεσις — Expositio quinque vocum,
    - Generis & speciei.
      - Distinctiones, & definitiones. *Cap.* 2.
      - Diuisio. *Cap.* 3.
    - Differentiæ. *Cap.* 4.
    - Proprij. *Cap.* 5.
    - Accidentis. *Cap.* 6.

TRACTATVS II.

- Collatio quinque vocum,
  - Omnium — *Cap.* 7.
  - Generis cum
    - Differentia. *Cap.* 8.
    - Specie. *Cap.* 9.
    - Proprio. *Cap.* 10.
    - Accidente. *Cap.* 11.
  - Numerus collationum. *Cap.* 12.
  - Differentiæ cum
    - Specie. *Cap.* 13.
    - Proprio. *Cap.* 14.
    - Accidente. *Cap.* 15.
  - Speciei cum
    - Proprio. *Cap.* 16.
    - Accidente. *Cap.* 17.
  - Proprij, & accidentis. *Cap.* 18.



ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΕΙΣΑΓΩΓΗ.

PORPHYRII ISAGOGE.

PRÆFATIO, CAP. I.

1 Subiectum, utilitas, & methodus huius libri. 2 Quæstiones omittendæ. 3 Reductio huius libri ad logicen.

ΤΟΝΤΟΣ αὐαλκαίᾳ, Χρυσαόρι, καὶ εἰς τὸ τῶν φῶν Ἀριστοτέλ κατηγορικῶν διδασκαλίαν, τ γνῶναι τί γένος, καὶ τί διαφορά, τί τε εἶδος, καὶ τί ἴδιον, καὶ τί συμβεβηκός, εἰς τε τὴν ὁρισμῶν δόσιν, καὶ ὅλως εἰς τὰ περὶ διαιρέσεως, καὶ ἀποδείξεως· χρησίμως οὔσης τῆς τούτων θεωρίας σύντομόν σοι πραγμάτειαν πειρασόμεθα βραχέων, ὡς περ ἐν εἰσαγωγῆς ἔοπω, τὰ μὲν τοῖς πρεσβυτέροις ἐπελθεῖν, τὰ μὲν βαθυτέρων ἀπερχόμενος ζητημάτων, τὰ δὲ ἁπλουστέρων συμμέτρως σχολάζομένος δ. ¶ Αὐτίκα περὶ γενῶν τε καὶ εἰδῶν, τὸ μὲν εἶναι ὑφεστηκεν, εἴτε καὶ ἐν μόναις ψιλαῖς ἐπινοίαις κεῖται· εἴτε καὶ ὑφεστηκότα σώματά ἐστιν, ἢ ἀσώματα· καὶ πότερον χωριστά, ἢ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς καὶ περὶ ταῦτα ὑφεστῶτα, παραιτήσομαι λέγειν· βαθυτάτης οὔσης τῆς τοιαύτης θεωρημάτειας, & ἄλλης μείζονος ἢ μένης ἐξετάσεως. ¶ Τὸ δ' ὅπως περὶ αὐτῶν τε καὶ τῶν περικειμένων λόγων τῶν παλαιῶν διέ-

1 Quia sæpe Aristoteles mentionem facit harũ quinque vocum in libro categoriarum.

b Quia vera definitio cõstat ex genere & differentiis. interdũ loco differentiarũ vtimur propriis. accidentia verò cognosci debent, vt vitetur.

c Quia genus diuiditur in species per differentias. Interdum etiam diuiditur propriis & accidentibus.

d Quia demonstratur propriũ de specie per differentiam vel definitionem.

e Id est, categoriarum, definitionum, diuisionum, demõstrationum. Alij referũt ad quinq; voces, genus, differentiã, &c.

f Sub. philosophis.

g Quoniam hic liber non est logicæ pars, sed introductio ad logicam, & lexicon quoddam logicum.

h Solæ & nudæ animi notiones sunt, quibus nihil in rerum natura respondet, vt notio Chimeræ.

i A rebus sensilibus, vt Plato existimauit, qui constituit ideas separatas ab iis quæ sub sensum cadunt.

k Pertinet enim ad primam philosophiam.

l Genere & specie.

m Differentia, proprio, accidente.

n In prima particula.

o Quidã interpretantur, probabiliter.

seruerunt, & horũ maximè Peripatetici; nunc tibi tentabo monſtrare.

λαβον, κ) τούτων μάλιστα οἱ ἐν τῷ περιπάτῳ, νυῦν σοι πειράσομαι δεικνύειν.

EXPOSITIO QVINQVE VOCVM,

TRACTATVS PRIOR.

Quid ſit genus, & ſpecies, CAP. II.

1 ¶ *De homonymia generis, & ſpeciei.* 2 ¶ *De genere. Significatio prima.* 3 *Significatio altera.* 4 *Expoſitarum ſignificationum collatio ab vſu,* 5 *& origine.* 6 *Significatio tertia.* 7 *In hac tertia ſignificatione genus accipi à philoſophis.* 8 *Definitio, & exemplum.* 9 *Protheoria ſequentis expoſitionis.* 10 *Expoſitio definitionis prior, qua oſtenditur nihil in definitione deſiderari, quia per eam genus ſeiungitur ab aliis categorematis, id eſt, individuo,* 11 *ſpecie,* 12 *proprio,* 13 *differentia, & accidente.* 14 *Expoſitio poſterior: qua, vt appareat nihil in definitione ſuperuacuum eſſe, declaratur vſus ſingularũ particularũ definitionis: hoc eſt, Dici de pluribus,* 15 *Differentibus ſpecie,* 16 *In quæſtione quid eſt.* 17 *Concluſio.* 18 ¶ *De ſpecie. Significatio prima.* 19 *Significatio ſecunda.* 20 *Obiectionis ſolutio.* 21 *Definitiones generales.* 22 *Definitio propria infimæ ſpeciei.* 23 *Diſcrimen harum definitionum explicandum in ſequenti capite.*

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΓΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΕΙΔΟΥΣ, ΚΕΦ. Β.

1 ¶ Περὶ ὁμωνυμίας γένους κ) εἴδους. 2 ¶ Περὶ γένους. Σημασία πρώτη. 3 Σημασία δευτέρα. 4 Τῶν εἰρημένων σημασιῶν σύγκρισις ἀπὸ τῆς χρήσεως, 5 κ) τῆς ἐτυμολογίας. 6 Σημασία τρίτη. 7 Ἐν ταύτῃ τῇ τρίτῃ σημασίᾳ τὸ γένος λαμβάνεσθαι παρὰ τοῖς φιλοσόφοις. 8 Ὁρισμὸς κ) παράδειγμα. 9 Προθεωρία τῆς ἑξῆς ἐκθέσεως. 10 Ἔκθεσις τοῦ ὁρισμοῦ τοῦ πρώτου, καθ' ὃν δείκνυται μηδὲν ἐν τῷ ὁρισμῷ ζητεῖσθαι, ὅτι διὰ τούτου χωρίζεται τὸ γένος τῶν ἄλλων τῶν κατηγορουμένων, τοῦ τε ἀτόμου, 11 εἴδους, 12 ἰδίου, 13 διαφορᾶς κ) συμβεβηκότος. 14 Ἔκθεσις τοῦ ὑστέρου ὁρισμοῦ, καθ' ὃν δείκνυται μηδὲν περιττὸν ἐν τῷ ὁρισμῷ εἶναι, ἀλλὰ πάντα τὰ μέρη τοῦ ὁρισμοῦ ἀναγκαῖα εἶναι· ἐκ τῆς τῶν καθόλου κ) κατὰ μερικῶν χρήσεως τοῦ ὁρισμοῦ. 15 Ἐκ τοῦ κατὰ διαφορῶν εἴδει. 16 Ἐκ τοῦ ἐν τῷ τί ἐστι ζητήματι. 17 Συμπέρασμα. 18 ¶ Περὶ εἴδους. Σημασία πρώτη. 19 Σημασία δευτέρα. 20 Ἔνστασις κ) λύσις. 21 Ὁρισμοὶ γενικοί. 22 Ὁρισμὸς ἴδιος τοῦ ἀτόμου εἴδους. 23 Διάκρισις τῶν ὁρισμῶν τούτων, ἣν ἐν τῷ ἑξῆς κεφαλαίῳ ἐπιτελεῖν χρή.

a Simul explicat genus & ſpeciem, quia ſunt relata. eáque prius diſtinguit quàm definiat, quia ſunt vocabula homonyma. Porrò diſtinctio generis petita eſt ex li. 4. primę philoſophię, c. 28.

b Vno modo dici, vnam rem ſignificare.

c Hercule.

d Herculeorum genus.

c Idcircò diuerſi ſunt hominum mores, diuerſæ rerum ſingularum naturæ pro diuerſitate locorũ in quibus oriuntur.

f Id eſt, ſecũdi: etſi nonnulli & quidem doctiſſimi viri intelligũt primam ſignificationem.

ΟΥΤΕ τὸ γένος τὸ εἶδος ἁπλῶς λέγεται.[b] ¶ Γένος γὰρ λέγεται καὶ ἡ τινῶν ἐχόντων πως πρὸς ἕν τι καὶ πρὸς ἀλλήλους ἀθροισις. καθ' ὃ σημαινόμενον, τὸ Ἡρακλειδῶν λέγεται ἔθνος ἐκ τῆς ἀφ' ἑνὸς σχέσεως (λέγω δὲ τῆς Ἡρακλέους) καὶ τῆς πλήσεως τῆς ἐχόντων πως πρὸς ἀλλήλους τὴν ἀπ' οὐσίαν[c] οἰκειότητα, κ) διὸ τιμᾶν τὸ ὑπὸ τῆς ἄλλων γενῶν κεκλημένον.[d] ¶ Λέγεται δὲ καὶ ἄλλως πάλιν ἔθνος, ἡ ἐκάστου τῆς ἔθνισεως ἀρχή, εἴτε ὑπὸ τοῦ τεκόντος, εἴτε ὑπὸ τοῦ τόπου ἐν ᾧ τις ἐγένετο. οὕτω γὰρ Ὀρέστην μὲν ὑπὸ Ταντάλου φασὶν ἔχειν τὸ ἔθνος, Ὕλλον δὲ ἀφ' Ἡρακλέους. καὶ πάλιν, Πίνδαρον μὲν Θηβαῖον εἶναι τὸ ἔθνος, Πλάτωνα δὲ Ἀθηναῖον. καὶ γὰρ ἡ πατρὶς, ἀρχή τις ἐστὶ ἑνὸς ἑκάστου ἔθνισεως, ὥσπερ ὁ πατήρ. ¶ Τοῦτο δὲ ἔοικε πρόχειρον εἶναι τὸ σημαινόμενον. Ἡρακλεῖδαι γὰρ λέγονται, οἱ ὑπὸ ἔθνους

1 2 3 4

γρ. οἱ ἐκ γένους &c. ἀλλ' ἡ γένεσις ἐστιν.

attribuitur, qui non ſpecie inter ſe differunt ſed numero. animal autem, quum ſit genus, homini & boui & equo attribuitur, qui ſpecie quoque inter ſe differunt non ſolùm numero. ¶ A proprio autem differt genus: quoniam proprium vni tantùm ſpeciei, cuius eſt proprium, & indiuiduis ſub ea ſpecie *contentis* attribuitur: vt aptum ad ridendum, attribuitur ſoli homini & particularibus hominibus. genus verò non vni ſpeciei attribuitur, ſed pluribus & differentibus ſpecie.

¶ Verùm à differentia & communiter accidentibus differt genus: quia etſi pluribus & differentibus ſpecie attribuuntur differentiæ & communiter accidentia, non tamen attribuuntur in *quæſtione* quid eſt, ſed in *quæſtione* quale quid eſt. Interrogãtibus enim aliquibus quid ſit illud cui hæc attribuuntur, genus reſpondemus. differẽtias verò, & accidentia non reſpondemus: quia non in *quæſtione* quid eſt, attribuuntur ſubiecto, ſed potiùs in quæſtione quale quid eſt. cùm enim interrogamur quale quid eſt homo, dicimus rationale: & cùm interrogamur quale quid[a] eſt coruus, dicimus nigrum. ac rationale quidem eſt differentia: nigrum verò, accidens. ſed cùm, quid homo ſit, interrogamur: animal reſpondemus. animal autem eſt hominis genus. ¶ Quã-propter genus, eo quòd dicitur de pluribus, ſecernitur ab indiuiduis quę vni dumtaxat attribuuntur. ¶ Eo autẽ quòd *dicitur* de differentibus ſpecie, diſtinguitur ab iis quæ vt ſpecies ſiue vt propria attribuuntur.

a Hinc apparet vanam eſſe interpretum diſtinctionem inter quæſtionem quale eſt & quæſtionẽ quale quid eſt: quaſi differentia attribuatur in hac quæſtione, accidens in illa.

καθ' ὑποκειμένου λέγεται, ἀλλὰ μᾶλλον ἐν τῷ ὁποῖόν τι ἐστιν· ἐν δὲ τῷ ἐρωτᾶν, ὁποῖόν τί ἐστιν [ὁ] ἄνθρωπος, φαμὲν ὅτι λογικόν· καὶ ἐν τῷ, ὁποῖόν τί ἐστιν ὁ κόραξ, φαμὲν ὅτι μέλας. ἔτι δὲ τὸ μὲν λογικὸν, διαφορά· τὸ δὲ μέλαν, συμβεβηκός· ὅταν δὲ τί ἐστιν ἄνθρωπος ἐρωτηθῶμεν, ζῷον ὑποκείμεθα· ἓν δὲ ἄνθρώπου γένος, τὸ ζῷον. 14

¶ Ὡς τε τὸ μὲν κατὰ πλειόνων λέγεσθαι τὸ γένος, διαστέλλει αὐτὸ ὑπὸ τοῦ καθ' ἑνὸς μόνου τοῦ ἀτόμων κατηγορουμένων. ¶ Τὸ δὲ διαφερόντων τοῦ εἴδει, διαστέλλει ὑπὸ τοῦ ὡς εἰδῶν κατηγορουμένων, ἢ ὡς ἰδίων.

¶ Τὸ

16 ¶ Τὸ δὲ ἐν τῷ τί ὅτι κατηγορεῖσθαι, χωρίζει αὐτὸ ἀπὸ τῶν διαφορῶν ἢ τῶν κοινῶν συμβεβηκότων, ἃ οὐκ ἐν τῷ τί ὅτιν, ἀλλ' ἐν τῷ ὁποῖόν τί ὅτιν, ἢ πῶς ἔχον τί ὅτι, κατηγορεῖται ἕκαστον ὧν κατηγορεῖται.

17 ¶ Οὐδὲν ἄρα περιττὸν, οὐδὲ ἐλλεῖπον διαφέρει ἢ τὰ ὁρίους ἡνωμένα ὑποδεικνῦσθαι τῆς οὐσίας.

18 ¶ Τὸ δὲ εἶδος λέγεται μὲν καὶ ἐπὶ τῆς ἑκάστου μορφῆς· καθ' ὃ εἴρηται,

Πρώτιστον εἶδος ἄξιον τυραννίδι.

19 ¶ Λέγεται δὲ εἶδος, καὶ τὸ ὑπὸ τὸ καταδοδὲν γένος. καθ' ὃ εἰώθαμεν λέγειν τὸν μὲν ἄνθρωπον εἶδος τοῦ ζώου, γένους ὄντος τοῦ ζώου· τὸ δὲ λευκὸν, τοῦ χρώματος εἶδος· τὸ ζῷωνον, τοῦ χρώματος εἶδος. ¶ Εἰ δὲ [καὶ] τὸ γένος καταδιδόντες τὰ εἴδεσι ἐμεμνήμεθα, εἰπόντες τὸ κοινὸν πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ εἴδει ἐν τῷ τί ὅτι κατηγορεσύμενον· καὶ τὸ εἶδος φαμὲν τὸ ὑπὸ τὸ καταδοδὲν γένος· εἰδέναι χρὴ, ὅτι ἐπεὶ καὶ τὸ γένος τινὸς ὅτι γένος, καὶ τὸ εἶδος τινὸς ὅτιν εἶδος, [ἑκάτερον ἑκατέρᾳ,] ἀνάγκη ἐν τοῖς ἀμφοτέροις λόγοις καὶ χρῆσθαι ἀμφοτέροις. ¶ Ἀποδίδοασιν οὖν τὸ εἶδος ὧδε οὕτως, εἶδος ὅτι Τὸ κατὰ πλειόνων ὑπὸ τὸ γένος· ὃ, ἐν τῷ γένος ἐν τῷ τί ὅτι κατηγορεῖται. ¶ Ἔτι δὲ καὶ ὧδε, εἶδος ὅτι τὸ κοινὸν πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ ἀριθμῷ ἐν τῷ τί ὅτι κατηγορεσύμενον. ¶ Ἀλλ' αὖτη μὲν ἡ καταδοσις, τὸ εἰδικωτάτου αὖ εἶη, καὶ ὁ ὅτι μόνον εἶδος, [οὐκέτι δὲ καὶ γένος·] ἀφ' οὗ ἄλλαι εἶεν ἂν καὶ τῷ μὴ εἰδικωτάτων. σαφὲς δ' ἂν εἴη τὸ λεγόμενον, τὸν τὸν ζῷον.

16 ¶ Denique eo quòd attribuitur in *quæstione* quid est, separatur à differētiis & à communiter accidentibus, quæ non in *quæstione* quid est, sed in *quæstione* quale quid est, aut quomodo quid affectum est, attribuuntur, vnumquodque *scilicet ijs* quibus 17 attribuitur. ¶ Nihil igitur superuacuum, nihil prætermissum est in dicta generis, *id est* 18 notionis, descriptione. ¶ Species verò dicitur etiam de cuiusque forma. qua *significatione* dictum est, [a]

Primùm quidē species digna est imperio.

19 ¶ Dicitur quoque species quæ sub explicato genere *ponitur*. qua *significatione* consueuimus dicere hominem esse speciem animalis · album, speciem coloris · triangulum, speciem figuræ. ¶ Quòd si genus definientes, speciei mentionem fecimus dicētes, Quod pluribus & differentibus specie attribuitur in *quæstione* quid est? & speciem dicimus *esse*, quæ sub explicato genere *ponitur*: nosse oportet; quoniam & genus alicuius est genus, & species alicuius est species, vtrumque vtriusque; necesse esse etiam in vtrorumque definitio- 21 nibus vtrisque vti. ¶ Explicant igitur speciem & sic [b], Species est quæ collocatur sub genere: &, Cui genus attribuitur in *quæstione* quid est. ¶ Præterea etiã 22 sic, [c] Species est quæ pluribus & differentibus numero attribuitur [d] in *quæstione* quid est. 23 ¶ Sed hæc est explicatio *speciei* specialissimæ, & quæ est tãtùm species, nũquã genus. aliæ verò sunt etiã earũ quæ non sunt specialissimæ. ac manifestum hoc modo [e] fiet quod dicimus.

a Ab Euripide, testibus Athenæo lib. 13 cap. 7. & Stobæo in sermone de pulchritudine.

b Obserua speciem non definiri vt est categorema, sedquã subiicitur generi.

c Hæc definitio conuenit speciei infimæ quatenus est categorema.

d Sub. *tantùm*, vel, *proximè & per se*. nã genus de individuis numero differentibus dicitur non tã per se quàm per speciẽ specialissimam.

e Ex diuisione generũ & specierũ explicanda in seq. cap.

Generum & ſpecierum diuiſio. CAP. III.

1 *Diuiſio.* 2 *Singulorum diuiſionis membrorum definitiones.* 3 *Exempla in categoria ſubſtantiæ.* 4 *Habitus ſubalternorum,* 5 *Et extremorum.* 6 *Definitiones generaliſſimi,* 7 *ſpecialiſſimi,* 8 *& ſubalternorum.* 9 *Expoſitio à ſimili.* 10 *Numerus generaliſſimorum,* 11 *Specialiſſimorum,* 12 *& individuorum.* 13 *De ſcitu tia.* 14 *De adſenſu & deſenſu in categoriis.* 15 *De ratione attribuendi & ſubiiciendi.* 16 *De individuis,* 17 *De ratione totius continentis & partis contentæ.* 18 *Epilogus.*

IN vnaquaque categoria ſunt quædam generaliſſima, quædam ſpecialiſſima : & inter generaliſſima & ſpecialiſſima, *ſunt* alia, quæ eadem *ſunt* genera & ſpecies. [a] ¶ Generaliſſimum eſt, quo nullum poteſt eſſe ſuperius genus. Specialiſſimum *eſt*, quo nulla poteſt eſſe inferior ſpecies. inter generaliſſimum & ſpecialiſſimum *ſunt* alia, quæ eadem ſunt & genera & ſpecies, ſi tamen ad aliud atque aliud referantur. ¶ Fiat autem in vna categoria manifeſtum quod dicimus. Subſtantia eſt & ipſa genus. ſub ea eſt corpus. & ſub corpore animatum corpus. ſub quo animal. ſub animali autem rationale animal. ſub quo homo. ſub homine autem Socrates, & Plato, & ſinguli homines.

[a] In categoriis colligantur, etiam indiuidua, vt oſtſtat ex lib. Categoriar. ca. de ſubſtantia.

ΚΑΘ' ἑκάστην κατηγορίαν ὄντί τινα γενικώτατα, καὶ πάλιν ἄλλα εἰδικώτατα, καὶ μεταξὺ τῶν γενικωτάτων καὶ τῶν εἰδικωτάτων ἄλλα ἃ [καὶ] γένη καὶ εἴδη λέγεται τὰ αὐτά. ¶ Ἔστι δὲ γενικώτατον μέν, ὑπὲρ ὃ οὐκ ἂν εἴη ἄλλο ἀνωτέρω γένος. εἰδικώτατον δέ, μετ' ὃ οὐκ ἂν ἄλλο ὑποβεβηκὸς εἶδος. μεταξὺ δὲ τῶν γενικωτάτου καὶ εἰδικωτάτου ἄλλα, ἃ [καὶ] γένη καὶ εἴδη ὄντι τὰ αὐτά, πρὸς ἄλλο καὶ ἄλλο λαμβανόμενα. ¶ Γενέσθω δὴ μιᾶς κατηγορίας σαφὲς τὸ λεγόμενον. ἡ οὐσία, ἔστι μὲν καὶ αὐτὴ γένος. ὑπὸ ταύτην ὄντι σῶμα. καὶ ὑπὸ τὸ σῶμα, ἔμψυχον σῶμα. καὶ ὑπὸ τὸ ζῷον. ὑπὸ δὲ τὸ ζῷον, λογικὸν ζῷον. ὑπὸ ὃ ὁ ἄνθρωπος. ὑπὸ δὲ τὸν ἄνθρωπον, Σωκράτης, [καὶ] Πλάτων, καὶ οἱ καθ' ἕκαστα μέχρις ἀνθρώποι.

1 2

χ. ἄλλο τι

χ. οὐ ἔστι


χ. τῶν γενικωτάτων, καὶ τῶν εἰδικωτάτων

3

χ. τὸ σῶμα.

χ. τὸ ἔμψυχον.

Genus



Ἀλλὰ τούτων, ἡ μὲν οὐσία, τὸ γενικώτατον, ἐστὶν ὁ μόνον γένος. τὸ δὲ ἄνθρωπος, τὸ εἰδικώτατον, καὶ μόνον εἶδος. τὸ μὲν σῶμα, εἶδος τῆς οὐσίας, γένους ὂν τοῦ ἐμψύχου σώματος. ἀλλὰ καὶ τὸ ἔμψυχον σῶμα, εἶδος μὲν τοῦ σώματος, γένους ὂν τοῦ ζώου.

Sed ex his substantia *est* generalissimum illud & solùm genus. homo verò est specialissimum illud, & solùm species. corpus autem *est* genus substantiæ, species animati corporis. & animatum quoque corpus *est* species corporis, genus animalis.

a Aristoteles tamen 4 topic. 5 negat animal esse speciem corporis.

iterũ animal *est* ti corporis, genus rationalis animalis. rationale animal *est* species animalis, genus hominis. homo verò *est* quidem species animalis rationalis, sed non *est* etiam genus singulorum hominum, verùm species tantummodò. & omne, quod ante indiuidua proximè attribuitur, species solùm est, non etiam genus. Vt igitur substantia, quæ in summo *loco posita* est, quia nullum habet ante se genus, est generalissimum illud: ita etiam homo· qui est species post quã non est alia species, nec aliquid quod possit diuidi in species, sed indiuidua· (indiuiduum enim est Socrates, & Plato, & hoc album) solùm est species, & extrema illa species, &, vt diximus, specialissimum illud. Media verò, priorum species, posteriorum genera sunt. ¶ Quo- 4 circa duo sunt horum habitus: *alter* ad priora, quo species eorum esse dicuntur: *alter* ad inferiora, quo genera eorum esse dicuntur. ¶ Extremorum verò 5 vnus est habitus. sanè enim generalissimum erga inferiora affectum est, quorum omnium est genus: erga superiora non item; cùm sit summum, primúmque principium, &, vt diximus, *id* quo nullum est superiùs genus. Sed & *species* specialissimæ vnus est habitus, quo quidem erga anteriora, quorum est species, affecta est. nec verò est alius habitus, quo refertur ad posteriora: sed & indiuiduorũ species dicitur. Verùm species indiuiduorum dicitur vt ea continens: species verò priorum vt *id* quod ab eis cõtinetur.

πάλιν τὸ ζῶον, εἶδος μὲν τὸ ἐμψύχου σώματος, γένος δὲ τὸ λογικοῦ ζώου. τὸ δὲ λογικὸν ζῶον, εἶδος μὲν τοῦ ζώου, γένος δὲ τοῦ ἀνθρώπου. ὁ δὲ ἄνθρωπος, εἶδος μὲν τοῦ λογικοῦ ζώου, οὐκέτι δὲ γένος τῶν κατ' μέρος ἀνθρώπων, ἀλλὰ μόνον εἶδος. καὶ πάντα τὰ ἐφεξῆς τῶν ἀτόμων ἀφορισθέντων μόνον, εἶδος ἀεὶ εἶναι μόνον, οὐκέτι δὲ καὶ γένος. ὡς περ οὖν ἡ οὐσία ἀνωτάτω οὖσα, τοῦ μηδὲν ἐστὶ πρὸ αὐτῆς γένος, ἰῶ τὸ γενικώτατον· οὕτω καὶ ὁ ἄνθρωπος, εἶδος ὢν μόνον· ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο εἶδος, οὐδὲ ἕτερον τῶν τμηθέντων δυναμένων εἰς εἴδη, ἀλλὰ τῶν ἀτόμων (ἄτομον δὲ Σωκράτης, καὶ Πλάτων, καὶ τοῦτο τὸ λευκὸν) μόνον ἀεὶ ἐστὶν εἶδος, καὶ τὸ ἔσχατον εἶδος, καὶ ὡς ἐφαμὲν, τὸ εἰδικώτατον. τὰ δὲ μέσα, τῶν μὲν πρὸ αὐτῶν ἐστὶν ἀεὶ εἴδη· τῶν δὲ μετ' αὐτὰ, γένη. ¶ Ὡς τοίνυν ταῦτα μὲν ἔχει σχέσεις δύο, τὴν τε πρὸς τὰ πρὸ αὐτῶν, καθ' ἣν εἴδη αὐτῶν ἐστὶ λέγεται· τήν τε πρὸς τὰ μετ' αὐτὰ, καθ' ἣν γένη αὐτῶν ἐστὶ λέγεται. ¶ τὰ δὲ ἄκρα μίαν ἔχει σχέσιν. τό, τε γὰρ γενικώτατον τῶν μὲν ὡς πρὸς τὰ ὑφ' αὐτὸ ἔχει σχέσιν, γένος ὂν πάντων τὸ ἀνώτατον· τὴν δὲ ὡς πρὸς τὰ πρὸ αὐτοῦ οὐκέτι ἔχει, ἀνώτατον ὂν καὶ πρώτην ἀρχὴν, καὶ, ὡς ἐφαμὲν, ὑφ' ὃ οὐκ ἂν εἴη ἄλλο ἐπαναβιβικὸς γένος. τὸ δὲ εἰδικώτατον μίαν ἔχει τὴν αὐτὸ σχέσιν· τὴν [μὲν] ὡς πρὸς τὰ πρὸ αὐτοῦ ὧν ἔστιν εἶδος. τὴν δὲ ὡς πρὸς τὰ μετ' αὐτὸ, οὐκ ἀλλοίαν ἔχει σχέσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀτόμων εἶδος λέγεται. ἀλλ' εἶδος μὲν λέγεται τῶν ἀτόμων, ὡς πρεῖσσον αὐτά· εἶδος δὲ πάλιν τῶν πρὸ αὐτοῦ, ὡς περιεχόμενον ὑπ' αὐτῶν.

γρ. δὲ λέγεται Πλάτων, καὶ Καλλιστώνης.

γρ. λέγεται.

γρ. αὐτοῦ τοῦ ἐστὶ καὶ οὐκ ἐστὶ ω. γρ. ἢ τὸ εἰδικώτατον δὲ μίαν ἔχει σχέσιν

αλλ' τῶν αὐτῶν ἢ

¶ Ἀφο-

6 ¶ Ἀφορίζονται τοίνυν τὸ μὲν γενικώτατον [γένος], ὃ γένος ὂν, οὐκ ἔστιν εἶδος. καὶ πάλιν, ὑφ' ὃ οὐκ ἄλ-
7 λο ἐπαναβιβικὸς γένος. ¶ Τὸ δὲ εἰδικώτατον [εἶδος οὔτως,] ὃ εἶδος ὂν, οὐκ ἔστι γένος· καὶ, ὃ εἶδος ὂν, οὐκ ἂν διελοίμεθα εἰς εἴδη. [ἔτι δὲ] καὶ, ὃ κατ' πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ ἀριθμῷ ἐν τῷ τί ἐστι κα-
8 τηγορεῖται. ¶ Τὰ δὲ μέσα τῶν ἄκρων, ὑπαλληλά τε καλοῦσιν εἴδη καὶ γένη, καὶ ἕκαστον αὐτῶν εἶδος ἕως καὶ γένος πάντα, πλὴν ἄλλο μού τι καὶ ἄλλο λαμβανόμενον. τὰ δὲ πρὸ τῶν εἰδικωτάτων ἄχρι τοῦ γενικωτάτου ἀεὶ γένη τε λέ-
9 γεται καὶ εἴδη ὑπάλληλα. ¶ Ὡς ὁ Ἀγαμέμνων, Ἀτρείδης καὶ Πελοπίδης, καὶ Ταντα-
10 λίδης, καὶ τὸ τελευταῖον Διός. ¶ Ἀλλ' ἔστι μὲν τῶν γενεαλογιῶν εἷς ἕνα αἰτούμενος (φέρε εἰπεῖν τὸν Δία) τελευτᾷ ἀρχαίῳ, ὡς ἔστι τὸ πλεῖστον. ἔστι δὲ τῶν γενῶν τε καὶ εἰδῶν οὐχ οὕτως ἔχει· οὐ γὰρ ἔστι κοινὸν γένος πάντων τὸ ὄν· οὐδὲ πάντα ὁμωνύμως καθ' ἓν τὸ ἀνωτάτω γένος, ὡς φησιν Ἀριστοτέλης. ἀλλὰ κείσθω, ὥσπερ ἐν ταῖς κατηγορίαις, τὰ πρῶτα δέκα γένη, οἷον ἀρχαὶ δέκα πρῶται. κἂν δή πάντα τις, ὄντα κλῇ, ὁμωνύμως (φησὶ) καλέσει, ἀλλ' οὐ συνωνύμως. εἰ μὲν γὰρ ἓν κοινὸν ἦν γένος πάντων τὸ ὄν, συνωνύμως ἂν πάντα, ὄντα ἐλέγετο. δέκα δὲ ὄντων τῶν πρώτων, ἡ κοινωνία τοῦ ὀνόματος μόνον, οὐ μὴν καὶ τὸν λόγον τοῦ πράγματος. δέκα μὲν οὖν τὰ γενικώτα-
11 τα. ¶ Τὰ δὲ εἰδικώτατα ἐν ἀριθμῷ μέν πού εἰσιν, οὐ μὴν ἀπείρῳ. ¶ Τὰ δὲ ἄτομα, ἅπερ ἐστὶ τὰ
12 μετὰ τὰ εἰδικώτατα, ἄπειρα.

6 ¶ Sic igitur definiunt genus generalissimum, Quod, cùm sit genus, non est species. & rursus, Quo non est aliud superius
7 genus. ¶ Speciem autem specialissimam sic *definiunt*, Quæ, cùm sit species, non est genus. &, Quæ, cùm sit species, in species diuidi nequit. item, Quæ pluribus & differentibus numero attribuitur in *quæstio-*
8 *ne* quid est. ¶ Media verò extremorum, vocant species & genera subalterna. & vnumquodque eorum, genus ac speciem esse ponunt, si cum alio atque alio conferatur. Nam quæ *sunt* ante specialissima adscendendo vsque ad generalissimum, genera & species subalternæ dicuntur. ¶ Vt Agamemnon, Atrides, Pelopides, Tantalides, & postremùm Io-
9 10 uis. ¶ Sed in genealogiis advnũ principium, (verbi gratia ad Iouem) plerumque referunt. Generum verò & specierum alia est ratio. quoniam Ens non est commune omnium genus: nec omnia ratione suprema generis sunt homogenea, vt ait Aristoteles. sed ponantur, vt in Categoriis, prima decem genera, quasi prima decem principia. quòd si quis omnia appellet ENTIA, appellatio (inquit) homonyma[a] erit, non synonyma. etenim si Ens esset commune omnium genus, omnia synonymos dicerentur Entia. sed cùm decem sint prima: communitas est in nomine tantùm, nõ in definitione ad illud nomen accõmodata. Decẽ igitur sunt generalissima. ¶ Sed specialissima sunt quidẽ aliquo numero non tamen infinito.
11 12 ¶ Individua verò, quę sunt post specialissima, *sunt* infinita.

[a] Immo ens nec συωνύμως dicitur, nec ὁμωνύμως, sed πρὸς ἓν μίαν τινὰ οὐσίαν: vt Arist. docet lib. 3. primæ philosophiæ, cap. 2.

¶ Idcirco cùm vsque ad specialissima à generalissimis descẽderimus, iubebat [a] Plato quiescere: descendere autem per ea quæ sunt in medio, diuidendo specificis differentiis. infinita verò, inquit, omittenda, quia nõ potest eorũ esse scientia. ¶ Descendendo igitur ad specialissima, necesse *est* diuidentes per multitudinem ire. adscendendo autem ad generalissima, necesse est colligere multitudinem in vnum. vim enim multa in vnum colligendi habet species, & adhuc magis genus. contrà verò quæ sunt in parte & singulæ res vnum in multa semper diuidũt. etenim specici participatione multi homines sunt vnus *homo*. ob eos verò qui sunt in parte & singulos, vnus ille & cõmunis *est* multi. quia singulare habet vim diuidendi: cõmune autem habet vim colligendi & vniendi. ¶ Iã verò cùm quid sit genus, & quid species, explicatum sit: cùmque genus sit vnum, species plures: (quandoquidem [b] diuisio generis semper *fit* in plures species) genus [c] quidem semper speciei attribuitur, & omnia superiora inferioribus. species autem nec generi proximo nec superioribus *attribuitur*: quia non reciprocatur. oportet enim aut æqualia æqualibus attribui, vt equo aptum ad hinniendum: aut maiora minoribus, vt animal homini: sed minora maioribus non item. Nam dicere non possis animal esse hominem, vt dicere potes hominem esse animal. Quibus autem species attribuitur, iis etiam speciei genus necessariò attribuetur, & generis genus, vsque ad generalissimum. nam si verè dicitur, Socratem *esse* hominem,

[a] In Phileb. tomo 2. editionis Henrici Stephani, pag. 16. D.

[b] Coniunge 4. topic. cap. 3.

[c] Coniunge regulam 1. cap. 3. Categor. & regulam De omni, 1. prior. c. 1.

¶ Διὸ μέχρι τῶν εἰδικωτάτων δεῖ τῶν γενικωτάτων καταίοντας, παρακελεύεσθαι ὁ Πλάτων παύεσθαι κατὰ ναν ὁδὸν τῶν διὰ μέσου διαιροῦντας τοῖς εἰδοποιοῖς διαφοραῖς· τὰ δ' ἄπειρα φησὶν ἐᾶν· μηδὲ γὰρ [αὐ] γνώσεσθαι τῶν ὄντων ὅπισθεν. ¶ Καταίοντας μὲν οὖν εἰς τὰ εἰδικώτατα, ἀνάγκη διαιρῶντας ὁμοῦ πλήθους ἕνα· ἀναίοντας δὲ εἰς τὰ γενικώτατα, ἀνάγκη συναγαγεῖν τὸ πλῆθος εἰς ἕν. συναγωγὸν γὰρ τῶν πολλῶν εἰς μίαν φύσιν τὸ εἶδος, καὶ ἔτι μᾶλλον τὸ γένος· τὰ δὲ κατὰ μέρος καὶ καθ' ἕκαστα, πιθανόν, εἰς πλῆθος ἀεὶ διαιρεῖ τὸ ἕν· τῇ μὲν γὰρ τῶν εἰδῶν μετουσίᾳ, οἱ πολλοὶ ἄνθρωποι εἷς· τοῖς δὲ κατὰ μέρος καὶ καθ' ἕκαστα, ὁ εἷς καὶ κοινὸς πλείους. διαιρετικὸν μὲν γὰρ τὸ καθ' ἕκαστον· συλλητικὸν δὲ καὶ ἑνοποιὸν τὸ κοινόν. ¶ Ἀποδεδομένου δὲ τῶν γνώσεως περὶ τῶν εἰδῶν, πῶς ἔχει ἑκάστου αὐτῶν, καὶ τῶν μὲν γενῶν ὄντος, τῶν δὲ εἰδῶν πλειόνων· (ἀεὶ γὰρ εἰς πλείω εἴδη ἡ τομὴ τῶν γενῶν) τὸ μὲν γένος ἀεὶ κατηγορεῖται, καὶ πάντα τὰ ἐπάνω τῶν ὑποκάτω. τὸ δὲ εἶδος οὔτε τῶν ὑπερκειμένων οὐδὲν γένος, οὔτε τῶν ἐπάνω. οὐδὲ γὰρ ἀντιστρέφει· δεῖ γὰρ ἢ τὰ ἴσα τῶν ἴσων κατηγορεῖσθαι, ὡς τὸ χρεμετιστικὸν τῷ ἵππου· ἢ τὰ μείζω τῶν ἐλαττόνων, ὡς τὸ ζῷον τοῦ ἀνθρώπου· τὰ δὲ ἐλάττω τῶν μειζόνων, οὐκέτι. οὐκέτι γὰρ τὸ ζῷον εἴποις ἂν ἄνθρωπον, ὥσπερ τὸ ἄνθρωπον εἴποις ἂν ζῷον. καθ' ὧν δὲ τὸ εἶδος κατηγορεῖται, κατ' ἐκείνων καὶ τὸ τοῦ εἴδους γένος ἐξ ἀνάγκης κατηγορηθήσεται, καὶ τὸ τῶν γενῶν γένος ἄχρι τοῦ γενικωτάτου. εἰ δὲ ἀληθὲς τὸ τὸν Σωκράτην εἶναι ἄν-

ἄνθρω-

ἄνθρωπον, τὸν δὲ ἄνθρωπον ζῷον, τὸ δὲ ζῷον οὐσίαν· ἀληθὲς ἄρα τὸν Σωκράτη εἶναι ζῷον εἰπεῖν καὶ οὐσίαν. ἀεὶ γὰρ τὰ ἐπάνω κατηγορουμένων τῶν ὑποκάτω, τὸ μὲν εἶδος κατὰ τῶν ἀτόμων κατηγορηθήσεται, τὸ δὲ γένος[b] καὶ εἰδῶν καὶ ἀτόμων· τὸ δὲ γενικώτατον, καὶ τῶν ἄλλων καὶ τῶν εἰδῶν καὶ τῶν ἀτόμων· τὸ δὲ ἄτομον οὐδενὸς κατηγορηθήσεται. τὰ μὲν οὖν καθόλου καὶ τὰ μερικὰ καὶ τὰ ἄτομα ἐν τούτοις ἐστίν.

hominem *esse* animal, animal *esse* substantiam: verè etiam dicetur, Socratem esse animal & substantiam. cùm enim semper superiora inferioribus attribuãtur: species[a] indiuiduo attribuetur: genus[b] & speciei, & indiuiduo: generalissimum & generi, vel generibus si plura sint media & subalterna, & speciei, & indiuiduo. quia generalissimum dicitur de omnibus generibus, & speciebus, & indiuiduis, quæ sub se sunt. genus quod est ante *ſpeciem* specialissimam, de omnibus specialissimis, & indiuiduis. quæ species est dumtaxat, de omnibus indiuiduis. indiuiduum de vno tantùm particulari. ¶ Indiuiduũ autem dicitur Socrates: &, Hic adueniens: &, [c]Sophronisci filius, si modò solus ei Socrates filius sit. quæ quidem dicuntur indiuidua, quia vnumquodque constat ex proprietatibus, quarum collectio numquam in aliquo alio eadem esse potest. nam Socratis proprietates non possunt in aliquo alio eædem esse. hominis verò (communis inquam) proprietates, sunt eædem in pluribus, immò in omnibus particularibus hominibus quà homines *sunt*. ¶ Continetur igitur indiuiduum à specie: species à genere. propterea quòd genus est totum quoddam: indiuiduum, pars: species, & totum & pars: sed pars alius, totum non alius, sed in aliis, quia totum est in partibus. ¶ De genere igitur & specie, & quid *sit* generalissimum, & quid specialissimum, quæque eadem *sint* genera & species, necnõ quę sint indiuidua, & quot modis *accipiatur* genus & species, dictum est.

a Specialissima.

b Subalternum.

c Lego, ὁ Σωφρονίσκου υἱός, vt hoc sit exemplũ indiuidui diuersum à præcedente τοῦ δὲ σοφρονίσκου: ne Porphyrius videatur frustra adiicere, εἰ μόνος &c quia demonstratio illa τοῦδε ὁ σοφρονίσκου satis distinguit Socratem à fratribus, si forte fratres habeat.

Conclusio nuncupatiua, ampla materia exornata.

De differentia, CAP. IV.

¶ De differentia latissimè accepta. Distinctio prima in differentiam communiter, 3 propriè, 4 & maximè propriè dictã. 5 Collatio dictorũ membrorũ sumpta ab effectu, 6 ab appellatione, 7 & usu. 8 Distinctio secunda in separabiles & inseparabiles. 9 Subdistinctio inseparabilium in differentias per se, & per accidens. 10 Collatio membrorum secundæ distinctionis ab usu, & effectu, 11 & proprietate. 12 ¶ De differentijs per se. Collatio plurium differentiarum cum vno subiecto: vnde colligitur diuisio in diuisiuas & cõstitutiuas. 13 Collatio vnius differentiæ cum pluribus subiectis: vnde colligitur eandem differentiam dividere genus superius, & constituere speciem inferiorem. 14 Nomen. 15 Vsus. 16 Definitio prima, 17 secunda, 18 tertia, 19 quarta. 20 Supplementũ tertiæ & quartæ definitionis. 21 ¶ Epilogus.

DIFFERENTIA verò communiter, & propriè, & maximè propriè dicatur. ¶ Communiter differre[2] alterũ ab altero dicitur, quod varietate distat quomodocumque vel à semetipso vel ab alio. differt enim Socrates à Platone varietate: & ipse à se ipso, cùm est puer, & cùm vir effectus; & cùm agit aliquid, aut agere desiit. sempérque in varietatibus, quibus est aliquo modo affectus cernitur. ¶ Propriè differre alterum ab altero dicitur, quando[3] inseparabili accidente alterum ab altero differt. inseparabile autem accidens est, vt oculorum cæcitas, aut nasi aduncitas, aut cicatrix cùm ex vulnere quasi callum obduxit.

¶ Maximè propriè differre alterum ab altero dicitur, cùm[4] specificâ differentiâ distat: vt homo ab equo differt specificâ differentiâ, *id est* rationali qua-

[a] Qualitatem intelligе substantiale, vt infrà c. 13. part. 3. & Categor. ca. 5. part. 17.

litate [a]. ¶ Vniuersaliter igitur[5] omnis differentia alicui adiuncta varium facit. sed quæ communiter, & *quæ* propriè accipiuntur, diuersum efficiunt; quæ verò maximè propriè, aliud.

¶ Sanè quæ faciunt aliud, specificæ[6] vocantur. quæ autem diuersum, simpliciter [b] differentiæ. nam animali accedens Rationalis differẽtia, aliud fecit, & speciem animalis fecit. *differẽtia* autem à motu sumpta, diuersum

[b] Id est sine illa adiectione, specificæ.

Διαφορὰ δὲ κοινῶς τε, καὶ ἰδίως, καὶ ἰδιαίτατα λεγέσθω. ¶ Κοινῶς μὲν γὰρ διαφέρειν ἕτερον ἑτέρου λέγεται, τὸ ἑτερωτικῶς διαλλάττον ὁπωσοῦν, ἢ πρὸς ἑαυτὸν, ἢ πρὸς ἄλλο. διαφέρει γὰρ Σωκράτης Πλάτωνος τῇ ἑτερότητι· ἢ αὐτὸς ἑαυτῷ παιδός τε ὄντος καὶ ἀνδρωθέντος, καὶ ἐνεργοῦντός τι ἢ πανσαμένου. καὶ ἀεί γε ἐν ταῖς τῶν πως ἔχειν ἑτερότησι θεωρεῖται.

¶ Ἰδίως δὲ διαφέρειν ἕτερον ἑτέρου λέγεται, ὅταν ἀχωρίστῳ συμβεβηκότι τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου διαφέρει. ἀχώριστον δὲ συμβεβηκός, οἷον γλαυκότης, ἢ χρυπότης, ἢ οὐλὴ ἐκ τραύματος ἐπισυρρωθεῖσα. ¶ Τὰ διαλλάττοντα δὲ διαφέρειν ἕτερον ἑτέρου λέγεται, ὅταν εἰδοποιῷ διαφορᾷ διαλλάττῃ· ὥσπερ αὖ θρόπος ἵππου εἰδοποιῷ διαφορᾷ διαλύοιτο, τῇ τοῦ λογικοῦ ποιότητι. ¶ Καὶ ὅλως μὲν οὖν πᾶσα διαφορὰ ποιεῖ τινὰ, ἑτερωμένην ἕτερον ποιεῖ· ἀλλ' αἱ μὲν κοινῶς τε καὶ ἰδίως, ἀλλοῖον ποιοῦσιν· αἱ δὲ ἰδιαίτατα, ἄλλο.

¶ Αἱ μὲν οὖν ποιοῦσαι ἄλλο, εἰδοποιοὶ κέκληνται· αἱ δὲ ἀλλοῖον, ἁπλῶς διαφοραί. πρὸς δὲ ζῴῳ προσελθοῦσαι ἢ τῷ λογικοῦ διαφορᾷ, ἄλλο ἐποίησεν, καὶ εἶδος τὸ ζῴου ἐποίησεν· ἢ δὲ τῷ κινεῖσθαι, ἀλλοῖον μόνον


μόνον ὥσθ' ὁ πρεμοῦ ἐποίησεν. ὥστε ἢ μᾶλλον, ἄλλο· ἢ δὲ, ἀλλοῖον μόνον ἐποίησε. ¶ Κατὰ μὲν οὖν τὰς ἄλλο ποιούσας διαφορὰς, αἵ τε διαιρέσεις τῶν γενῶν γίνονται εἰς τὰ εἴδη, οἵ τε ὅροι δύνανται συνίστασθαι, καὶ αἱ τῶν πολυτῶν διαφορῶν. αἱ δὲ τὰς μόνον ἀλλοῖον ποιούσας, αἱ ἐνεργείας μόνον συνίστανται, καὶ αἱ τῶν πως ἐχόντων μεταβολαί. ¶ Ἄνωθεν οὖν πάλιν ἀρξόμενος ῥητέον, τῶν διαφορῶν τὰς μὲν χωριστὰς εἶναι, τὰς δὲ ἀχωρίστους· τὸ μὲν γὰρ κινεῖσθαι καὶ τὸ ἠρεμεῖν, καὶ τὸ νοσεῖν, καὶ τὸ ὑγιαίνειν, καὶ ὅσα τοιαῦτα ὑπάρχοντα χωριστά εἰσι. τὸ δὲ ῥευστὸν εἶναι ἢ σιμὸν, ἢ λογικὸν ἢ ἄλογον, ἀχώριστα. ¶ Τῶν δὲ ἀχωρίστων, αἱ μὲν ὑπάρχουσι καθ' αὑτὸ· αἱ δὲ, κατὰ συμβεβηκός· τὸ μὲν γὰρ λογικὸν καθ' αὑτὸ καὶ ὑπάρχει τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ τὸ θνητὸν, καὶ τὸ ὀπτικὸν· τὸ δὲ ῥευστὸν εἶναι ἢ σιμὸν, κατὰ συμβεβηκός, καὶ οὐ καθ' αὑτό. ¶ Αἱ μὲν οὖν καθ' αὑτὸ ἐνυπάρχουσαι, ἢ τοῦ τῆς οὐσίας λόγῳ λαμβάνονται, καὶ ποιοῦσιν ἄλλο· αἱ δὲ κατὰ συμβεβηκός, οὔτε τῷ τῆς οὐσίας λόγῳ λαμβάνονται, οὔτε ποιοῦσιν ἄλλο, ἀλλὰ ἀλλοῖον. ¶ Καὶ αἱ μὲν καθ' αὑτὸ, οὐκ ὀπτὸν δέχονται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον· αἱ δὲ κατὰ συμβεβηκός, κἂν ἀχώριστοι ὦσιν, ὀπτὸν καὶ ἀνόπτον λαμβάνουσιν, οὔτε γὰρ τὸ ῥοῦς μᾶλλον καὶ ἧττον κατηγορεῖται οὐ αὖ εἴη ῥοῦς, οὔτε αἱ τῶν ῥοῦς διαφοραὶ, καθ' αὑτὰς διαιρεταί. αὗται μὲν γάρ εἰσιν αἱ τὸν ἑκάστου λόγον συμπληροῦσαι· τὸ δὲ ἓν ἑκάστῳ, ἐν καὶ τὸ αὐτὸ, κἂν ἀνόπτον κἂν ὀπτὸν ὀπτὸν δέχηται. Τὸ δὲ ῥευστὸν ἢ σιμὸν

tantùm à quiescente fecit. quare altera aliud, altera diuersum tantùm fecit. ¶ Atque ex iis differentiis quæ aliud faciunt, & diuisiones generum in species sumuntur, & definitiones afferuntur quæ constant ex generibus & huiusmodi differentiis. ex iis verò quæ diuersum modò efficiunt, diuersitates solùm consistunt & rerum aliquo modo affectarum mutationes.

¶ Rursus ab initio rem repetendo dicendum est, differentiarum alias esse separabiles, alias inseparabiles. nam moueri, & quiescere, & ægrotare, & valere, & id genus cetera, separabilia sunt. naribus autem esse aduncis vel simis, aut ratione præditum, vel rationis expers, *sunt* inseparabilia. ¶ Inseparabilium autem aliæ attribuuntur per se, alię ex accidente. nam & rationale per se attribuitur homini, & mortale, & disciplinæ capax esse. naribus autem esse aduncis, aut simis, ex accidente, non per se. ¶ Quæ igitur per se adsunt, in definitione adhibentur, & faciunt aliud. quæ verò *sunt* ex accidēte, neque in definitione adhibentur, nec faciūt aliud, sed diuersum. ¶ Et quæ sunt per se, non possunt contendi, neque remitti. quæ verò *sunt* ex accidente, quamuis inseparabiles, contentionem, & remissionem admittunt. etenim neque genus magis & minùs attribuitur ei cuius est genus, nec generis differentiæ quibus diuiditur. hæ namque sunt, quæ cuiusque definitionem complent: essentia verò cuiusque *rei ipsi* vna & eadem, ac neque contentionem admittit nec remissionem. aduncum verò aut si-

mum nasum habere, aut aliquo modo coloratũ esse, & contenditur & remittitur. ¶ Cùm igitur tres species differentiæ perspectæ sint: eúmque aliæ sint separabiles, aliæ inseparabiles: & inseparabilium aliæ sint per se, aliæ ex accidente: rursus differentiarum per se, aliæ sunt quibus diuidimus genera in species, aliæ quibus diuisa efficiuntur species.

μὸν ἤ μὴ κεχρῶσθαί πως, καὶ ὁπωσοῦν λέγεται καὶ ἀπλῶς. ¶ Τριῶν οὖν εἰδῶν τῆς διαφορᾶς θεωρουμένων· καὶ τῶν μὲν οὐσῶν χωριστῶν, τῶν δὲ ἀχωρίστων· καὶ πάλιν τῶν ἀχωρίστων, τῶν μὲν οὐσῶν καθ' αὑτάς, τῶν δὲ κατὰ συμβεβηκός· πάλιν τῶν καθ' αὑτὰς διαφορῶν, αἱ μέν εἰσι καθ' ἃς διαιροῦμεν τὰ γένη εἰς τὰ εἴδη, αἱ δὲ καθ' ἃς τὰ διαιρεθέντα εἶδος ποιεῖται.




Veluti cùm hæ omnes sint p se differentiæ animalis, animatũ & sensitiuũ, necnon rationale & irrationale, item mortale & im-

οἷον τῶν καθ' αὐτὸ διαφορῶν πασῶν τῶν τοιούτων ἡ ζώου κοσῶν, ἐμψύχου τε καὶ αἰσθητικοῦ, λογικοῦ τε καὶ ἀλόγου, θνητοῦ τε καὶ ἀθανάτου·

νάτου· ἡ μὲν τῶ ἐμψύχου καὶ αἰσθητικοῦ διαφορά, συναπτική ἐστι τῆς τῶ ζώου οὐσίας. ἔστι γὰρ τὸ ζῶον, οὐσία ἔμψυχος αἰσθητική. ἡ δὲ τῶ θνητοῦ καὶ ἀθανάτου διαφορά, καὶ τῶ λογικοῦ τε καὶ ἀλόγου, διαιρετικαί εἰσι τῶ ζώου διαφοραί. διὸ αὐτῷ γὰρ τὰ γένη εἰς τὰ εἴδη διαιρεῖσθαι. ¶ Ἀλλ' αὗται αἱ διαιρετικαὶ διαφοραὶ τῶν γενῶν, συμπληρωτικαὶ γίνονται καὶ συναπτικαὶ τῶν εἰδῶν. τίμιωτέρα γὰρ τὸ ζῶον τῆ τε τῶ λογικοῦ καὶ τῶ ἀλόγου διαφορᾶ, καὶ πάλιν τῆ τε τῶ θνητοῦ καὶ ἀθανάτου διαφορᾶ· ἀλλ' αἱ μὲν τῶ λογικοῦ καὶ τῶ θνητοῦ διαφοραὶ, συναπταὶ γίνονται τῶ ἀνθρώπου· αἱ δὲ τῶ λογικοῦ καὶ ἀθανάτου, τοῦ θεοῦ· αἱ δὲ τῶ θνητοῦ καὶ ἀλόγου, τῶν ἀλόγων ζώων.

mortale: rationale & ſenſitiuum eſt differentia conſtituens eſſentiam animalis. animal namque eſt ſubſtantia animata ſentiendi facultatem habens. mortale autem & immortale, necnon rationale & irrationale ſunt differentiæ diuiſiuæ animalis, quia per eas diuidimus genera in ſpecies. ¶ Sed hæ differentiæ diuiſiuæ generum, completiuæ ſunt & conſtitutiuæ ſpecierum. animal enim diuiduunt hæ differentiæ, rationale & irrationale, item mortale & immortale. ſed hæ differentiæ, rationale & mortale, conſtituunt hominem: rationale & immortale Deum: [a] mortale & irrationale bruta animantia.

a Deum ponit quaſi ſpeciem animalis: & animal dixit eſſe ſpecies corporis. vnde ſequitur Deum eſſe corpus. videtur ergo deos appellare corpora cælestia. Ariſtoteles quoque lib. 11. primæ philoſophiæ cap. 7. Deū definit ζῶον ἄϊδιον ἄριστον, animal viuens optimum. ſed lib. 4. topic. cap. 5. negauit animal eſſe ſpeciem corporis.




Οὕτω δὲ καὶ τῆς αὐτοτάτω οὐσίας διαιρετικῶν οὐσῶν τῶ τε ἐμψύχου καὶ ἀψύχου διαφορᾶς, καὶ τῶ αἰσθητικῆς τε καὶ αἰσθήτου· ἡ μὲν ἐμψυχος καὶ αἰσθητικὴ συνελθοῦσα τῆ οὐσίᾳ, ἀπετέλεσεν τὸ ζῶον·

Sic etiam cum ſupremam ſubſtantiam diuidant hæ differentiæ, animatū & inanimatū, necnon ſenſitiuum & ſenſu carens: animata & ſenſitiua adiunctæ ſubſtantiæ, perficiunt animal:

animata autem & sensu carens efficiunt plantam.

ἡ δὲ ἔμψυχος καὶ ἀναίσθητος, ἀπετέλεσαν τὸ φυτόν.



¶ Quoniam igitur eædem aliquo modo acceptæ, sunt constitutiuæ, aliquo modo diuisiuæ: omnes appellantur Specificæ.

¶ Atque harum maximè vsus *est* in diuisionibus generum, & in definitionibus: non etiam *differentiarum* ex accidente inseparabilium, & multo minùs separabilium.

¶ Has autem definientes inquiunt, Differentia est, qua species superat genus. nam homo superat animal, quia habet rationale & mortale. quandoquidem animal neque nihil horum est: (vnde enim species possent habere differentias?) nec omnes oppositas habet: (quoniam opposita simul essent in eodem) sed (vt putant) potestate quidem omnes sub se *constitutas* differentias habet, actu verò nullam. itaque nec ex non entibus aliquid fit, nec opposita sunt in eodem. ¶ Sic quoque eam definiunt, Differen-

¶ Ἐπεὶ οὖν αἱ αὐταὶ πῶς μὲν λη- 14
φθεῖσαι, γένεσίαι συστατικαί· πῶς
δὲ, διαιρετικαί· εἰδοποιοὶ πᾶσαι
κεκλήκασι. ¶ Καὶ τούτων γε μά- 15
λιστα χρεία εἰς τε τὰς διαιρέσεις
τῶν γενῶν, καὶ εἰς τοὺς ὁρισμούς,
ἀλλ' οὐ τῶν κατὰ συμβεβηκὸς ἀχω-
ρίστων, οὐδὲ ἔτι μᾶλλον τῶν χω-
ριστῶν. ¶ Ἃς δὴ τὲ ὁριζόμενοι, φα- 16
σί· διαφορά ἐστιν, ἡ τὸ εἶδος τοῦ γένους
ὑπερέχουσα· τὸ γὰρ ἄνθρωπος,
πλέον ἔχει τοῦ ζώου τὸ λογικὸν καὶ
θνητόν. τὸ γὰρ ζῶον, οὔτε οὐδὲν
τούτων ἐστὶν (ἐπεὶ πόθεν αὖ τὰ εἴ-
δη χορεῖν τὰς διαφορὰς;) οὔτε δὲ
πάσας τὰς ἀντικειμένας ἔχει (ἐπεὶ
τὸ αὐτὸ ἅμα ἕξει τὰ ἀντι-
κείμενα) ἀλλ' ὡς ἀξιοῦσι, δυνά-
μει μὲν πάσας ἔχει τὰς ὑφ' ἑαυ-
τὸ διαφορὰς· ἐνεργείᾳ δὲ ἐ, οὐ-
δεμίαν. καὶ οὕτως οὔτε ἐξ οὐκ ὄν-
των τι γίνεται, οὔτε τὰ ἀντικεί-
μενα ἅμα ἐστὶ τὸ αὐτὸ ἔσται. ¶ Ὁ- 17
ρίζονται δ' αὐτὴν καὶ οὕτως, διαφο-
ρὰ

ρά[a] ὅτι τὸ κατὰ πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ εἴδει, ἐν τῷ ὁποῖόν τί ὅτι κατηγορούμενον· τὸ δὲ λογικὸν καὶ τὸ θνητὸν τῷ ἀνθρώπου κατηγορούμενον, ἐν τῷ ὁποῖόν τί ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, λέγεται, ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ τί ὅτι. τί μὲν γάρ ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ἐρωτωμένων ἡμῶν, οἰκεῖον εἶπεῖν ζῷον. ὁποῖον δὲ ζῷον πυνθανομένων· ὅτι λογικὸν καὶ θνητόν, οἰκεῖος ἀποδώσομεν. τῶν δὲ συγκριμάτων ἐξ ὕλης καὶ εἴδους συνεστώτων, ἃ ἀδιάλυτόν γε ὕλη καὶ εἶδει τῷ σύστασιν ἐχόντων· ὡς περ ὁ ἀνδριὰς ἐξ ὕλης μὲν τοῦ χαλκοῦ, εἴδους δὲ τοῦ σχήματος· οὕτω καὶ ὁ ἄνθρωπος ὁ κοινὸς τε καὶ εἰδικὸς, ἐξ ὕλης μὲν ἀναλόγου συνέστηκε τοῖς ἡμῶν σώμασι, σὺν μορφῆς δὲ, τῆς διαφορᾶς. τὸ δὲ ὅλον τοῦτο, ζῷον λογικὸν θνητὸν, ὁ ἄνθρωπος· ὡς οἶμαι ὁ ἀνδριάς.

18 ¶ Ὑποτίθενται δὲ καὶ οὕτω, διαφορὰ ἐστὶ τὸ χωρίζειν[b] πεφυκὸς τὰ ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος· τὸ λογικὸν γὰρ καὶ τὸ ἄλογον τὸν ἄνθρωπον καὶ τὸν ἵππον, ὄντα ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος τὸ ζῷον, χωρίζει. ¶ Ἀποδιδόασι δὲ καὶ οὕτω, διαφορά ἐστιν, ὅτῳ διαφέρει[c] ἕκαστον· ὁ γὰρ ἄνθρωπος καὶ ὁ ἵππος, καὶ μὴν τὸ γένος οὐ διενήνοχε· ζῷα γάρ καὶ ἡμεῖς καὶ οἱ ἵπποι· ἀλλὰ τὸ λογικὸν φέρειν, διέσηκεν ἡμᾶς ἀπ' ἐκείνων. καὶ λογικοί ἐσμεν ἡμεῖς καὶ οἱ ἄγγελοι. ἀλλὰ τὸ θνητὸν φέρειν, διέσηκεν ἡμᾶς ἀπ' ἐκείνων. ¶ Περισπᾶζομένοι δὲ τὰ ὦδε τῆς διαφορᾶς, μὴ τὸ τυχὸν φασὶ τῷ χωρίζοντων τὸ ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος ἐν [τῷ] διαφορᾷν, ἀλλ' ὅταν[d] εἰς τὸ ἓν συμβάλλεται, tia a est quæ pluribus & differentibus specie attribuitur in *quæstione* quale quid est. Rationale enim & mortale cùm homini attribuatur, *de eo* dicitur in *quæstione* quale quid est homo, non in *quæstione* quid est. nam interrogati quid est homo, aptè respondebimus animal: interrogati autem quale animal, aptè respondebimus rationale, & mortale. Cùm enim res constent ex materia & forma, vel iis quæ proportione respondent materiæ & formæ: quemadmodum statua ex æris materia, & figurâ *tamquam* formâ: sic etiam homo communis & specialis constat ex genere quod proportione respondet materiæ, & differentia quæ respondet formæ. totum autem hoc, animal rationale mortale, est homo, vt ibi statua. ¶ Describunt etiam ita, Differentia est *id* quod naturalem vim habet separandi b ea quæ sub eodem genere *collocantur*. vt rationale & irrationale separant hominem & equum, quæ *sunt* sub eodem genere, *nempe sub* animali.

in theatro paucos, cùm multo plures illis sint. ¶ Præterea bicubitum & tricubitum & id genus alia significant quantum, magnum autem vel paruum nõ significat quantum, sed potiùs ad aliquid: quia *in relatione* ad alterum spectatur magnum & paruum. Quocirca perspicuum est hæc esse *in* eorũ *numero* quæ *sunt* ad aliquid. ¶ Præterea siue quis ponat eiusmodi *res* esse quã ea, siue non ponat: nulla est in eis contrarietas. quod enim per se accipi nequit, sed ad alterum refertur, quomodo erit ei quidpiam contrarium? ¶ [a] Præterea [b] si magnum & paruum sunt contraria: accidet, vt idem simul contraria suscipiat, & eadem sibiipsis sint contraria. accidit [c] enim vt idem simul magnum & paruum sit. vtpote cùm aliquid *relatum* ad hoc, sit paruum: idémque *relatione* ad aliud *habita*, *sit* magnum. quare idem & magnum & paruum eodem tẽpore esse cõtingit. Simul igitur contraria suscipientur. at [d] nihil videtur cõtraria simul suscipere. vt in substantia perspici potest. quæ quidẽ videtur posse suscipere contraria. sed nemo simul ægrotat & benè valet. neque album & nigrum simul est. nec aliud quicquam simul contraria suscipit. Eadem [e] quoque sibi contraria esse accidit. nam si magnum est contrarium paruo: idémque simul est magnum & paruum: ergo idem sibiipsi contrarium erit. sed [f] fieri nequit, vt idem sibi ipsi contrarium sit. Non [g] est igitur magnum paruo contrariũ, nec multum pauco. ¶ Quare etiãsi nõ ad aliquid hæc dicat aliquis esse sed quanta, *tamẽ* nihil contrariũ habebũt. ¶ Maximè verò quanti contrarietas

[a] Magnum & paruum, itẽ multum & paucum non esse contraria, probat syllogismo hypothetico ducente ad duas absurditates. vnde arguit à destructione consequentium ad destructionẽ antecedentium. Primum consequens absurdum est, idem eodem tempore suscipere contraria. Alterum, idem esse contrarium sibi ipsi.

[b] Propositio hypothetica.

[c] Probat consecutionem primæ absurditatis.

[d] Destructio primi consequuti.

[e] Probat consecutionem secundæ absurditatis.

[f] Destructio secundi consequuti.

[g] Conclusio.

ἐν δὲ τῷ θεάτρῳ ὀλίγους, πολλοὺς πλείους [αὐτῶν] ὄντας. ¶ Ἔτι, τὸ μὲν δίπηχυ καὶ τρίπηχυ, καὶ ἕκαστον τῶν τοιούτων, ποσὸν σημαίνει. τὸ δὲ μέγα ἢ μικρὸν οὐ σημαίνει ποσόν, ἀλλὰ μᾶλλον πρός τι· πρὸς γὰρ ἕτερον θεωρεῖται τὸ μέγα καὶ τὸ μικρόν. ὥστε φανερὸν ὅτι αὐτὰ τῶν πρός τί ἐστιν. ¶ Ἔτι, ἐάν τε τιθῇ τις ποσά ἐστι τὰ τοιαῦτα, ἐάν τε μὴ τιθῇ, οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ἐναντίον εἶναι. ὁτῳδὲ μή ἐστιν αὐτὸ καθ' αὑτὸ λαβεῖν, ἀλλὰ πρὸς ἕτερον ἀναφέρεσθαι, πῶς ἂν εἴη τούτῳ τι ἐναντίον; ¶ Ἔτι, εἰ ἔστι τὸ μέγα τῷ τὸ μικρὸν ἐναντία, συμβήσεται τὸ αὐτὸ ἅμα τὰ ἐναντία ὑπάρχειν, καὶ αὐτὰ ἑαυτοῖς ἐναντία εἶναι. συμβαίνει δὲ τὸ αὐτὸ ἅμα μέγα τε καὶ μικρὸν εἶναι. ἔστι γάρ τι πρὸς ὃ τὸ, μικρόν· πρὸς ἕτερον δέ γε τὸ αὐτὸ τοῦτο μέγα. ὥστε τὸ αὐτὸ καὶ μικρὸν καὶ μέγα τῷ τὸν αὐτὸν χρόνον εἶναι συμβαίνει. ὥστε ἅμα τὰ ἐναντία ὑπάρχειν. ἀλλὰ οὐδὲν δοκεῖ ἅμα τὰ ἐναντία ὑπάρχειν. οἷον ἐπὶ τῆς οὐσίας· ἀνθρωπὸς μὲν [γὰρ] τῶν ἐναντίων δοκεῖ εἶναι· ἀλλ' οὐ τις ἅμα νοσεῖ καὶ ὑγιαίνει· οὐδὲ λευκὸν καὶ μέλαν ἐστὶν ἅμα· οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐδὲν ἅμα τὰ ἐναντία ὑπάρχει, καὶ αὐτὰ δὲ ἑαυτοῖς συμβαίνει ἐναντία εἶναι· εἰ γάρ ἐστι τὸ μέγα τοῦ μικροῦ ἐναντίον, τὸ αὐτὸ ἐστιν ἅμα μέγα καὶ μικρόν, καὶ αὐτὸ ἑαυτῷ ἂν εἴη ἐναντίον. ἀλλὰ μὴν τῶν ἀδυνάτων ἐστὶν αὐτὸ ἑαυτοῦ τι εἶναι ἐναντίον. οὐκ ἔστιν ἄρα τὸ μέγα τοῦ μικροῦ ἐναντίον, οὐδὲ τὸ πολὺ τοῦ ὀλίγου. ¶ Ὥστε εἰ μὴ καὶ τοῦ πρός τι ταῦτά τις ἐρεῖ, ἀλλὰ τῷ ποσοῦ, οὐδὲν ἐναντίον ἔξει. ¶ Μάλιστα δ' ἡ ἐναντιότης τοῦ ποσοῦ,

Alph. 1 MS.

Alph. 1 MS.

ωδὶ τὸν τόπον δοκεῖ ᵃ ὑπάρχειν. τὸ δὲ αὖω τῷ κάτω ἐναντίον τιθέασι, τὸ μὲν πρὸς τὸ μέσον χώραν κάτω λέγοντες, ἀπὸ τοῦ πλείστην ἀπέχειν τὸ μέσου πρὸς τὰ πέρατα τοῦ κόσμου εἶναι. ἐοίκασι δὲ καὶ τὸν τῶν ἄλλων ἐναντίων ὁρισμὸν δοὺς τοῦτον ᵇ ὀπτέφερειν τὰ μᾶλλον ἀλλήλων διεστηκότα τῶν ἐν τῷ αὐτῷ γένει· ἐναντία δὲ τὰ ὁρίζονται. ¶ Οὐ δοκεῖ δὲ τὸ πο- 26
σὸν ὑπιδέχεσθαι τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον ᵈ. οἷον τὸ δίπηχυ· οὐ γὰρ ὄξιν ἕτερον ἑτέρου μᾶλλον δίπηχυ. οὐδὲ ὅλως τὸ ἀριθμοῦ· οἷον τὰ εἴκοσι τῶν πέντε οὐδὲν μᾶλλον πέντε ἢ εἴκοσι λέγεται, οὐδὲ τὰ πέντε τῶν ἕξ. οὐδὲ χρόνος ἕτερος ἑτέρου μᾶλλον χρόνος λέγεται. οὐδὲ ὅλως τῶν εἰρημένων ὅλως οὐδενὸς τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον λέγεται. ὥστε τὸ ποσὸν οὐκ ὀπιδέχεται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. ¶ Ἴδιον δὲ μάλιστα 27
τὸ ποσοῦ τὸ ἴσον τε καὶ ἄνισον λέγεσθαι. ἔχωσι γὰρ τῶν εἰρημένων ποσῶν, ἴσόν τε καὶ ἄνισον λέγεται. οἷον στόμα, ἴσόν τε καὶ ἄνισον λέγεται. καὶ ἀριθμὸς δὲ καὶ χρόνος ἴσος καὶ ἄνισος λέγεται. ὡσαύτως δὲ καὶ ὅλως τῶν ἄλλων τῶν ῥηθέντων, ἔχουσι ἴσόν τε καὶ ἄνισον λέγεται. τῶν δὲ λοιπῶν ὅσα μὴ ὄξι ποσά, οὐ πάνυ ἂν δόξαιεν ἴσόν τε καὶ ἄνισον λέγεσθαι. οἷον ἡ ἕξις θέσις ἴση τε καὶ ἄνισος οὐ πάνυ λέγεται, ἀλλὰ μᾶλλον ὁμοία καὶ ἀνόμοια. καὶ τὸ λευκὸν ἴσόν τε καὶ ἄνισον οὐ πάνυ, ἀλλὰ μᾶλλον ὅμοιον ἢ ἀνόμοιον. ὥστε ᵍ τὰ ποσοῦ μάλιστα ἂν εἴη ἴδιον τὸ ἴσόν τε καὶ ἄνισον λέγεσθαι.

videtur in loco esse. nam superiorē infero contrarium *esse* pronunt, locum qui ad medium *est*, S. infrà *esse* dicentes: propterea q maxima est medij distantia à mundi extremitatibus [a]. Quinimmò aliorum quoque contrariorum definitionem videntur ab his [b] ducere: quandoquidem contraria definiunt. Quæ, *cùm* in eodem genere *sint*, plurimùm à se inuicem distant [c]. ¶ Non videtur autem quantum recipere magis & minus [d], vt bicubitum: non est enim aliud alio magis bicubitum. Nec in numero *inuenies magis & minus*. vt tria non magis, quàm quinque, dicūtur quinque vel tria: nec quin que magis quàm tria. Neque tempus dicitur aliud alio magis tempus. & omnino in nulla dictarum *speciem quanti* dicitur magis & minùs. Quapropter quantum non recipit magis & minùs. ¶ Sed [e] maximè proprium est quanti, dici æquale & inæquale. dictorum [f] enim quantorum vnumquodque dicitur æquale & inæquale. vt corpus dicitur æquale & inæquale. numerus quoque & tempus æquale & inæquale dicitur. itidē aliorum, quæ dicta sunt, vnumquodque æquale & inæquale dicitur. Cetera [g] verò quæ non sunt quanta, non vtique videntur æqualia & inæqualia dici. vt dispositio æqualis & inæqualis non admodum dicitur, sed potiùs similis & dissimilis. Item album æquale & inæquale non admodum dicitur, sed potiùs simile vel dissimile. Quare [h] maximè proprium est quanti, dici æquale & inæquale.

a Non dixit, extremitate, in nu mero vnitatis & quia extremitas magis distat ab extremitate, quā à medio: vt polus arcticus magis distat à polo antarctico, quàm à centro mundi.

b Partibus loci contrariis.

c In hac definitione distantia accipitur ratione qualitatis, nō ratione loci. nā ignis & aqua, siue sint in locis proximis siue in remotis, semper æquè contraria sunt. Reuera enim in loco non est contrarietas.

d Hæc proprietas conuenit omni quanto, non tamen soli, sed etiam substantiæ.

e Proponit veram proprietatem.

f Probat eam conuenire omni quāto.

g Probat conuenire soli quanto.

h Continua.

De relatis, CAP. VII.

2 Quantitas & qualitas sunt accidentia absoluta: quorum illud procedit à materia, hoc à forma. Nec dubium est quin accidentia ab soluta præferantur relatis, & categoriam quantitatis naturali ordine sequatur categoria qualitatis. Quia tamen sæpius relatorum in superiori capite mentio facta est, dicit eo auctori placuit agere hoc loco de relatis, dilata interim expositione qualitatis & reiecta in sequés caput. At lib. 4. primæ philos. primùm agitur de qualitate & quali, cap. 14. Postea de relatis, cap. 15.

1 ¶ *Quid sint relata ex aliorum sententia. Definitio.* 2 *Exempla eorum quæ referuntur* 3 *vel alio modo.* 4 *Solutio tacitæ obiectionis.* 5 ¶ *Proprietas prima, Habere contrarietatque inest quibusdam,* 6 *non omnibus relatis.* 7 ¶ *Proprietas secunda, Sustinere magis & minus: quæ inest quibusdam relatis,* 8 *non omnibus.* 9 ¶ *Proprietas tertia, Referri ad id quod reciprocatur.* 10 *Non reciprocari, nisi aptè concipiatur relatio.* 11 *Interdùm fingenda esse vocabula.* 12 *De ratione fingendorum vocabulorum.* 13 *Quotiescumque non reciprocatur, vitium esse in relatione male concepta.* 14 *Quomodo cognosci possit, utrùm relatio bene,* 15 *an male concepta sit.* 16 *Epilogus.* 17 ¶ *Proprietas quarta, Simul esse naturâ,* 18 *quæ inest in quibusdam relatis:* 19 *non in omnibus, quia scibile est prius scientia: cùm quia res primi sunt, deinde scientia comprehendantur:* 20 *tùm etiam quia scibili sublato scientia tollitur, non contrà.* 21 *item scibile est prius sensu: cùm quia sublato scibili tollitur sensus, non contrà:* 22 *tùm etiam quia sensus ne vna cum animali, scibilia autem sunt priora animali.* 23 ¶ *Dubitatio, quia quædam substantiæ videntur esse ad aliquid.* 24 *In quibus substantiis hæc dubitatio locum habeat,* 25 *vel non habeat.* 26 *Propositam dubitationem solui non posse nisi retineamus supra scriptam definitionem,* 27 *sed solui allatâ nouâ definitione.* 28 ¶ *Relatorum ita acceptorum aut posteriori definitio exigit, proprietas prima, Referri ad alterum.* 29 ¶ *Proprietas secunda, Si alterum definitè cognoscatur, etiam alterum definitè cognosci. quæ proprietas confirmatur tum ex dicta posteriori definitione,* 30 *quàm inductione.* 31 ¶ *Hæc proprietas scibili substantias à categoria relatorum.* 32 ¶ *Excusatio à difficultate huius tractatus, & utilitate dubitationum.*

AD aliquid dicuntur[b], quæcumque[c] id quod sunt, aliorum[d] esse dicuntur, vel quocumque[e] alio modo ad aliud referuntur. ¶ Vt μεῖζον[f], id quod est, alterius dicitur: alicuius enim μείζον dicitur. duplum quoque, id quod est, alterius dicitur: cuiusdam enim duplum dicitur. & id genus cetera. Sunt etiam hæc in iis quæ ad aliquid referuntur, vt habitus[g], dispositio, scientia, positio. *hæc* enim omnia quæ dicta sunt, id quod sunt, aliorum esse dicuntur, vel quocumque alio modo ad alterum *referuntur*: nec aliud quicquam *sunt*. nam habitus dicitur alicuius esse habitus: & scientia, alicuius scientia: & positio, alicuius positio. itidémque cetera. Sunt igitur ad aliquid, quæcũq; id ipsum quod sunt, aliorũ esse dicuntur. ¶ Vel quocũque alio;

Ἡ πρός τι ἢ τὰ τοιαῦτα[b] λέγεται, ὅσα[c] αὐτὰ ἅπερ ἐστὶν, ἑτέρων[d] ἔσ' λέγεται, ἢ ὁπωσοῦν[e] ἄλλως πρὸς ἕτερον. ¶ Οἷον τὸ μεῖζον[f], τοῦ ὅπερ ἐστὶν, ἑτέρου λέγεται· τινὸς γὰρ μεῖζον λέγεται. καὶ τὸ διπλάσιον, τοῦ ὅπερ ἐστὶν, ἑτέρου λέγεται· τινὸς γὰρ διπλάσιον λέγεται. ὡσαύτως δὲ καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. ἔστι δὲ τὰ τοιάδε ἐν τοῖς πρός τι, οἷον ἕξις, διάθεσις, ἐπιστήμη, αἴσθησις· πάντα γὰρ τὰ εἰρημένα, τοῦτο ὅπερ ἐστὶν, ἑτέρων ἔσ' λέγεται, ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως πρὸς ἕτερον, ἢ οὐκ ἄλλο τι. ἡ γὰρ ἕξις τινὸς ἕξις ἔσ' λέγεται· καὶ ἡ ἐπιστήμη τινὸς ἐπιστήμη· καὶ ἡ θέσις, τινὸς θέσις· καὶ τἆλλα δὲ ὡσαύτως. πρός τι οὖν ἐστιν, ὅσα αὐτὰ ἅπερ ἐστὶν, ἑτέρων ἔσ' λέγεται. ¶ Ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως;

[a] Vtitur numero multitudinis, quia relata fiunt ad aliquid sunt duo, vt pater & filius, aut dominus & seruus. inter hæc est vna relatio, quæ plerumque duplici homine significatur: vt relatio inter dominum & seruum, vocatur dominium, & seruitus. aliquando vnũ est nomen vtriusque relati, similitérque vnũ nomen relationis: vt societas est relatio inter socios.

[b] Nonnulli hæc definitionẽ tribuunt Platoni. Id est, referũtur in patrio casu: vt dominus, est serui dominus: & seruus, est domini seruus. [c] Id est referũtur in alio casu quàm genitiuo, vt æquale est æquali æquale. vel in nullo casu, vt magnũ dicitur respectu parui. [d] Cùm hoc loco afferat exempla eorum quæ referuntur in genitiuo casu: recte proponit nomen comparationis, maius: quia comparatiua apud Græcos requirunt genit. casum: ac si quis diceret, maius est minoris maius. Verùm Latini id cum quo aliquid confertur, enunciãt in auferendi casu. itaque retinui Græca vocabula, ne alioqui cogerer exemplum mutare. [e] Id est, referũtur in alio casu quàm genitiuo, vt æquale est æquali æquale. vel in nullo casu, vt magnũ dicitur respectu parui. [f] Habitus, dispositio, & scientia, non sunt relata sed qualitates. positio pertinet ad Categoriam situs. comprehenduntur tamen hæc omnia sub dicta definitione relatorum. Quare his exemplis voluit auctor tacitè refellere eam definitionem, quam infrà diserte improbabit.

πρὸς

πρὸς ἕτερον· οἷον ὅσος μέγα λέγεται πρός τι· τὸ δὲ μέγα λέγεται τὸ ὅσος· καὶ τὸ ὅμοιον, τινὶ ὁμοίῳ λέγεται· καὶ τἄλλα δὲ τὰ τοιαῦτα, ὡσαύτως πρὸς τὰ λέγεται. ¶ Ἔστι δὲ καὶ ἡ ἀνάκλισις, καὶ ἡ στάσις, καὶ ἡ καθέδρα, θέσεις τινές· ἡ δὲ θέσις, τῆς πρός τι. τὸ δὲ ἀνακεῖσθαι, ἢ ἑστάναι, ἢ καθῆσθαι, αὐτὰ μὲν οὐκ εἰσὶ θέσεις, παρωνύμως δὲ λέγεται τὰ τῆς εἰρημένων θέσεων λέγεται. ¶ Ὑπάρχει δὲ καὶ ἐναντιότης ἐν τοῖς πρός τι· οἷον ἀρετὴ κακίᾳ ἐναντίον, ἑκάτερον αὐτῶν πρός τι ὄν· καὶ ἐπιστήμη ἀγνοίᾳ. ¶ Οὐ πᾶσι δὲ τοῖς πρός τι ὑπάρχει ἐναντιότης· τοῖς δὲ διπλασίῳ ἡμιόλῳ ἐστὶν ἐναντίον· οὐδὲ τριπλασίῳ, οὐδὲ ὅλως τοιούτων οὐδενί. ¶ Δοκεῖ δὲ καὶ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον ὑπὸ διάληψιν τὰ πρός τι ὅμοιον δὲ καὶ ἀόμοιον μᾶλλον καὶ ἧττον λέγεται· καὶ ἴσον καὶ ἄνισον μᾶλλον καὶ ἧττον λέγεται· ἑκάτερον αὐτῶν πρός τι ὄν. τὸ, τε δὲ ὅμοιον, τινὶ ὁμοίῳ λέγεται· καὶ τὸ ἄνισον, τινὶ ἀνίσῳ. ¶ Οὐ πάντα δὲ τὰ πρός τι ὑπὸ διάληψιν μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. τὸ δὲ διπλάσιον, οὐ λέγεται μᾶλλον καὶ ἧττον διπλάσιον· οὐδὲ τῶν τοιούτων οὐδέν. ¶ Πάντα δὲ τὰ πρός τι πρὸς ἀντιστρέφοντα λέγεται. οἷον ὁ δοῦλος, δεσπότου δοῦλος λέγεται· καὶ ὁ δεσπότης, δούλου δεσπότης. καὶ τὸ διπλάσιον, ἡμίσεος διπλάσιον· καὶ τὸ ἥμισυ, διπλασίου ἥμισυ· καὶ τὸ μεῖζον, ἐλάττονος μεῖζον· καὶ τὸ ἐλαττον, μείζονος ἐλαττον. ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν ἄλλων. πλὴν τῇ πτώσει σχεδὸν διοίσει· τῶν δὲ λεχθέντων οἷον ἡ ἐπιστήμη ἐπιστητοῦ λέγεται· ἐπιστητὸν δὲ τὸ ἐπιστητόν· καὶ

modo ad aliud *referuntur*. vt mons magnus dicitur ad aliud, quia mons *relatione* ad aliquid *facta* dicitur magnus. item simile, alicui simile dicitur. itidémque eiusmodi alia dicuntur ad aliquid. ¶ Sanè recubatio & status & sessio sunt positiones quædam: positio verò est in *iis quæ sunt* ad aliquid. sed recubare vel stare vel sedere non sunt ipsa quidem positiones, verùm denominatè à dictis positionibus dicuntur. ¶ Inest etiam contrarietas [a] in *iis quæ sunt* ad aliquid: vt virtus vitio contrarium *est*, cùm vtrumque eorum sit ad aliquid. & scientia ignorantiæ. ¶ Non tamen in omnibus *quæ sunt* ad aliquid, contrarietas inest: nihil enim est contrarium duplo, nec triplo, nec alii eiusmodi. ¶ Videntur autem quæ sunt ad aliquid, recipere magis & minùs. nam simile & dissimile dicitur magis & minùs: æquale [b] quoque & inæquale dicitur magis & minùs: cùm vtrumque eorum sit ad aliquid. nam simile, alicui simile dicitur: & inæquale, alicui inæquale. ¶ Sed non omnia [c] *quæ sunt* ad aliquid, recipiunt magis & minùs. quia nec duplum dicitur magis & minùs duplum: nec talequidpiã. ¶ Omnia verò quæ sunt ad aliquid, referúntur ad ea quæ reciprocantur. Vt seruus dicitur domini seruus: & dominus, serui dominus. item duplũ, dimidij duplum: & dimidium, dupli dimidium. item maius, minore maius: & minus maiore minus. Eadem est aliorum ratio: præterquàm quòd interdũ [d] differunt in locutione. nã scientia dicitur scibilis scientia: & scibile, scientiã scibile. i-

a Hac quoq; proprietate tacitè refellit dictã definitionem. nam superioris cap. part. 22. dixit nihil contrarium esse posse iis quæ referuntur. Porrò hæc proprietas nec omnibus relatis inest, vt auctor ostẽdit in seq. part. nec solis, quia etiam qualitates & quælia contraria reperiuntur: vt albor & nigror. necnõ album & nigrum.

b Immò æquale non recipit magis & minùs, nisi acceipiatur impropriè, vt completatur ea quæ sensui videntur esse æqualia, cùm sint inæqualia.

c Nec sola relata recipiunt magis & minùs, sed etiam qualia, aliud enim alio est albius, vel minus album.

d Id est, reciprocatio non fit in eodem casu: vt scientia refertur ad scibile in genit. casu, scibile ad scientiam in ablatiuo.

tem sensus, sensibilis sensus: ac sensibile, sensu sensibile. ¶ Verum aliquando non videbuntur reciprocari, nisi aptè sit assignatum *id* ad quod refertur, sed peccet qui assignat. vt ala si ad auem referatur, non reciprocatur, *nec dicitur* auis alæ: quia non est aptè facta prima relatio, alæ, ad auem. non enim quà *est* auis, ala ipsius dicitur, sed quà *est* alata: quandoquidem alæ dicuntur multarum aliarum rerum [a] quæ non sunt aues. Quare si aptè assignetur, etiam reciprocatur: vt ala alati ala: & alatum alà alatum.

[a] Vt muscarum, & vesparum.

¶ Ac fortasse interdum nomina fingere necesse *est*, nempe si nomen positum non sit ei ad quod aptè relatio fieret. vt clauus si ad nauē referatur, non est conueniens assignatio: (quia non quà nauis *est*, eius clauus dicitur: cùm sint naues *quedam*, quarum non sunt claui. idcirco non reciprocatur: nauis enim non dicitur claui nauis) sed fortasse aptior erit assignatio, si ita assignetur, clauus clauati clauus, aut quouis alio modo, quia nomen positum non est. Ac reciprocatur, si aptè assignetur: nam clauatum est clauo clauatum. Eadémque est ceterorum ratio. vt caput aptiùs capitati dicitur quàm animalis: quia non quà *est* animal, habet caput: cùm multa animalia [b] capite careant. ¶ Ac fortasse poteſt aliquis ita facilimè accipere *ea* quibus nomina posita non sunt, si à primis imponantur nomina etiam iis cum quibus reciprocantur. vt in his quæ antea dicta sunt, ab ala alatum, à cla-

[b] Vt cornua.

ἢ αἴσθησις, αἰσθητοῦ αἴσθησις· καὶ τὸ αἰσθητόν, αἰσθήσει αἰσθητόν. ¶ Οὐ μὴν ἀλλ' ἐνίοτε οὐ δόξει ἀντιστρέφειν, ἐὰν μὴ οἰκείως πρὸς ὃ λέγεται ἀποδοθῇ· ἀλλὰ διαμάρτῃ ὁ ἀποδιδούς. οἷον τὸ πτερὸν ἐὰν ἀποδοθῇ ὄρνιθος, οὐκ ἀντιστρέφει ὄρνις πτεροῦ· οὐδὲ οἰκείως τὸ πρῶτον ἀποδοθέν), πτερὸν ὄρνιθος· οὐδὲ ἡ ὄρνις, πτύτῃ τὸ πτερὸν αὐτὴ λέγεται, ἀλλ' ἡ πτερωτόν ἐστι· πολλῶν γὰρ καὶ ἄλλων πτερά ἐστιν, ἃ οὐκ εἰσὶν ὄρνιθες. ὥστε ἐὰν ἀποδοθῇ οἰκείως, καὶ ἀντιστρέφει· οἷον τὸ πτερὸν, πτεροῦ τὸ πτερόν· καὶ τὸ πτερωτὸν, πτερᾶ πτερωτόν.

¶ Ἐνίοτε δὲ καὶ ὀνόματα ποιεῖν ἀνάγκη· ἐὰν μὴ καίμυρον ᾖ ὄνομα, πρὸς ὃ οἰκείως ἀποδοθείη. οἷον τὸ πηδάλιον τὸ πλοίου ἐὰν ἀποδοθῇ, οὐκ οἰκεία ἡ ἀποδοσις γίνεται· (οὐ γὰρ ἡ πλοῖον, ταύτῃ αὐτὸ τὸ πηδάλιον λέγεται· ἔστι γὰρ πλοῖα, ὧν οὐκ ἔστι πηδάλια· διὸ οὐκ ἀντιστρέφει· τὸ γὰρ πλοῖον οὐ λέγε) πηδαλίῳ πλοῖον) ἀλλ' ἴσως οἰκειοτέρα αὖ ἡ ἀποδοσις εἴη, εἰ οὕτω πως ἀποδοθείη, τὸ πηδάλιον, πηδαλιωτὸν πηδάλιον, ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως· ὄνομα γὰρ οὐ κεῖται. καὶ ἀντιστρέφει γε, ἐὰν οἰκείως ἀποδοθῇ· τὸ γὰρ πηδαλιωτὸν, πηδαλίῳ πηδαλιωτόν. ὡσαύτως δὲ καὶ ὅπῃ τἄλλων· οἷον ἡ κεφαλὴ, οἰκειοτέρως ἂν ἀποδοθείη κεφαλωτὸν κεφαλωτὸν, ἢ ζῶον ἀποδιδόμενον· οὐ γὰρ ἡ ζῶον, κεφαλὴ ἔχει. πολλὰ γὰρ τῶν ζώων κεφαλὴ οὐκ ἔχει.

¶ Οὕτω δὲ ῥᾴστα ἂν ἴσως τις λάβοι οἷς μὴ κεῖται ὀνόματα, εἰ ἀπὸ τῶν πρώτων, καὶ τοῖς πρὸς ἃ ἀντιστρέφοι πειθεὶς τὰ ὀνόματα. ὥσπερ ἀπὸ τῶν προειρημένων, ἀπὸ τοῦ πτεροῦ τὸ πτερωτὸν, καὶ ἀπὸ τοῦ πτη-

δαλίου

13 θαλίου τὸ πηδάλιωτόν. ¶ Πάντα οὖν τὰ πρός τι, ἐὰν περ οἰκείως ἀποδιδῶται, πρὸς ἀντιστρέφοντα λέγεται. ἐπεὶ ἐάν γε πρὸς τὸ τυχὸν ἀποδιδῶται, καὶ μὴ πρὸς [αὐτὸ] ὃ λέγεται· οὐκ ἀντιστρέφει. λέγω δέ, ὅτι οὐδὲν τῶν ὁμολογουμένως πρὸς ἀντιστρέφοντα λεγομένων, καὶ ὀνομάτων αὐτοῖς κειμένων αὐτοῖς κειμένων, οὐδὲν ἀντιστρέφει, ἐὰν πρός τι τῶν συμβεβηκότων ἀποδιδῶται, καὶ μὴ πρὸς αὐτὸ ὃ λέγεται. οἷον ὁ δοῦλος ἐὰν μὴ δεσπότου ἀποδοθῇ δοῦλος, ἀλλὰ ἀνθρώπου, ἢ ὀπαδός, ἢ ὁτουοῦν τῶν τοιούτων· οὐκ ἀντιστρέφει· οὐ γὰρ 14 οἰκεία ἡ ἀποδοσίς ἐστιν. ¶ Ἔτι, ἐὰν μὴ οἰκείως ἀποδιδόμενον ᾖ πρὸς ὃ λέγεται· πάντων θατέρου μένων τῶν ἄλλων, ὅσα συμβεβηκότα ἐστί, καταλειπομένου δὲ τούτου μόνου πρὸς ὃ ἀπεδόθη οἰκείως, ἀεὶ πρὸς αὐτὸ ῥηθήσεται. οἷον ὁ δοῦλος ἐὰν πρὸς δεσπότην λέγεται· θατέρου μένων τῶν ἄλλων [ἁπάντων] ὅσα συμβεβηκότα ἐστὶ τῷ δεσπότῃ, (οἷον τὸ δίποδι εἶ), καὶ τὸ ὀπτικὴν δευτικῷ, καὶ τῷ ἀνθρώπῳ) καταλειπομένου δὲ μόνου τὸ δεσπότην εἶ), ἀεὶ ὁ δοῦλος πρὸς 15 αὐτὸ ῥηθήσεται· ὁ γὰρ δοῦλος, δεσπότου δοῦλος λέγεται. ¶ Ἐὰν δέ γε μὴ οἰκείως ἀποδοθῇ πρός ὁ ποτε λέγεται· θατέρου μένων μὴ τῶν ἄλλων, καταλειπομένου δὲ μόνου τοῦ πρὸς ὃ ἀπεδόθη, ἃ ῥηθήσεται πρὸς αὐτόν. ἀποδεδώκαμεν γὰρ ὁ δοῦλος ἀνθρώπου, καὶ τὸ πτηνὸν ὄρνιθος· καὶ θατέρου τοῦ ἀνθρώπου τὸ δεσπότην αὐτὸν εἶναι· οὐ γὰρ ἔτι ὁ δοῦλος πρὸς ἄνθρωπον ῥηθήσεται· μὴ γὰρ ὄντος δεσπότου· οὐδὲ δοῦλός ἐστιν. ὡσαύτως καὶ

13 uo clauatum. ¶ Quæcumque igitur *sunt* ad aliquid, si conuenienter assignetur, ad ea referuntur quæ secum reciprocantur. Nam si ad quoduis fiat relatio, non ad id ad quod fieri debet: non reciprocatur. Dico autem ne quidem eorum, quæ constat referri ad ea quæ reciprocantur, etiamsi nomina eis imposita sint, vllum reciprocari, si ad aliquod accidens [a] referatur, non ad id ad quod referri debet. Vt seruus nisi domini dicatur seruus, sed hominis vel bipedis, vel cuiusuis talis *rei*: non reciprocatur, quia non est conueniens assignatio.

14 ¶ Iam si aptè assignatum sit *id* ad quod refertur: ceteris omnibus quæ sunt accidentia demptis, ac solo hoc relicto quod aptè assignatum est, semper ad id referetur. vt seruus si refertur ad dominum: demptis omnibus aliis quæ accidunt domino, (veluti bipedem, & aptum ad discendum, & hominem esse) hoc tantùm relicto, eum esse dominum, semper seruus ad ipsum referetur. seruus enim, domini seruus dicitur.

15 ¶ Quod si minùs aptè assignatum sit *id* ad quod refertur: demptis aliis, ac relicto hoc solo ad quod referebatur, non referetur *amplius* ad ipsum. Referatur enim seruus ad hominẽ, & ala ad auem. ac seperetur ab homine, cum esse dominum: nõ enim amplius seruus ad hominem referetur: quia nisi sit dominus, nõ est seruus. Itidẽ etiam

[a] accidẽs nanq; appellat quod ita cũ aliquo connexum est, vt sit præter eius naturam & essentiã. in qua significatione homo dicitur accidẽs respectu alboris, vel domini, vel alius eiusmodi rei, cùm certum sit hominem collocari in categoria substantiæ.

Alterã à M.S.

Alterã à M.S.

ab aue sciungatur, eam alatam esse: nam ala *in* relatorum *numero* amplius non erit: quia nisi sit alatum, non est alicuius ala.

¶ Quare oportet *id* assignare ad quod apte refertur. & si verbum positum sit, facilis est assignatio. sin minùs, necesse est fortasse nomen fingere. Sic verò factâ comparatione, perspicuũ est omnia *quæ sunt* ad aliquid, referri ad ea quæ reciprocantur. ¶ Videntur autẽ, quæ sunt ad aliquid [a], simul naturâ esse. quod sanè in plerisq; verũ est, sed in quibusdam non *est* verum. ¶ Simul enim est duplum & dimidium. & cùm est dimidium, est *etiam* duplum. & cùm est dominus, est seruus. & cùm est seruus, est dominus. Similis est aliorum ratio. Mutuò quoque hæc se tollunt. nisi enim duplum sit, non est dimidium: & nisi dimidium sit, non est duplum. Eadem est ceterorum ratio, quæ sunt eiusmodi. ¶ Sed non in omnibus [b] *his quæ sunt* ad aliquid, videtur *hoc* verum *esse*, *ea* simul esse naturâ. nam scibile videri possit prius esse quàm scientia: quia [c] pleráque cùm res antea extiterint, earum scientias nanciscimur: in paucis autem aut nullis *rebus* videbit aliquis vnà cum scibili scientiã ortam esse. ¶ [d] Præterea [e] scibile sublatum, simul tollit scientiam. scientia verò *sublata*, rem scibilem simul non tollit. quia si sit scibile, non est scientia. si tamen scientia non sit: nihil prohibet, scibile esse.

a Hæc proprietas non conuenit solis relatis: nam & differentiæ oppositæ, quæ diuidunt idem genus, sunt simul naturâ.
b Immò cõuenit omnibus verè relatis.
c Hoc argumentum non probat id quod erat probandum. id est, scibile esse prius scientia: sed pro hac re esse priorem scientia. ac si quis sophisticè probaret patrẽ esse priorem filio, quia prius natus est ille qui factus est pater quàm filius. Nã etsi Sophroniscus est prior Socrate filio suo: tamen pater nõ est prior filio: quia Sophroniscusnõ prius fuit pater quàm Socrates fuit filius. Sic res non prius actu cognoscuntur quàm scientia eorum actu comparata sit. nec prius scibiles dicuntur potestate, quàm scientia esse possit.
Quare scibile & scientia, siue vtrumque accipiatur actu, siue vtrumque potestate, simul sunt. Et obserua hoc auctoris argumẽtum pertinere ad tempus, non ad naturam: nisi dicit enim res esse tempore priores scientiã.
d Hoc argumentũ est enthymema: Scibili sublato tollitur scientia. non contrà: ergo scibile est prius scientia. Consequens non habetur in hac particula, sed repetendum est ex superiori. Antecedens probatur exemplo quadrationis circuli, quæ scibilis est, vt quibusdam videtur, necdũ tamen eius scientia habetur. item argumento sumpto ab animalis quo sublato tollitur scientia, & manent multæ res scibiles. Hæc ratio solui potest, vt superior. nam scientiã sublatã, manet quidem res, sed non manet scibilis. Dices fortasse manere scibilem, quia sciri potest, licet interim ignoretur. dicam ego similiter manere scientiam potestate non actu.
e *Antecedens.* f *Expositio antecedentis.*

τῶ ἀριθμὸς ἀνειρήσθω τὸ πλεοστὸν αὐτὸ εἶ). οὐ γὰρ ἔτι ἔσται τὸ πλεῖον πρός τι· μὴ γὰρ ὄντος πλεοστοῦ, οὐδὲ πλεῖον ἔσται τινός. ¶ Ὥστε δεῖ μὲν δατο διδόναι πρὸς ὃ ποτε οἰκείως λέγεται. κἂν μὲν ὄνομα ᾖ κείμενον, ῥᾴδια ἡ δατόδοσις γίνεται. μὴ ὄντος δὲ, ἀναγκαῖον ἴσως ὀνοματοποιεῖν. οὗτο δὲ δατο διδόμενον, φανερὸν ὅτι πάντα τὰ πρός τι πρὸς ἀντιστρέφοντα λέγεται. ¶ Δοκεῖ δὲ τὰ πρός τι ἅμα [a] τῇ φύσει εἶναι. καὶ ὅτι μὲν τῶν πλείστων ἀληθὲς ἔστιν, ἐπ' ἐνίων δὲ οὐκ ἀληθές. ¶ Ἅμα γὰρ διπλάσιόν τε ἔστι καὶ ἥ-μισυ· καὶ ἡμίσεος ὄντος, διπλάσιόν ἔστι· καὶ δεσπότου ὄντος, δοῦλός ἐστι· καὶ δούλου ὄντος, δεσπότης ἔστιν· ὁμοίως δὲ τούτοις καὶ τὰ ἄλλα. ¶ συναναιρεῖ γε δὲ ταῦτα ἄλληλα· μὴ γὰρ ὄντος διπλασίου, οὐκ ἔστιν ἥ-μισυ· καὶ ἡμίσεως μὴ ὄντος, οὐκ ἔστι διπλάσιον. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὅσα τοιαῦτα. ¶ Οὐκ ἔοικε πάντων [b] γὰρ πρός τι ἀληθὲς δο-κεῖ τὸ ἅμα τῇ φύσει εἶ). τὸ γὰρ δυνατὸν εἶναι ἐπιστήμην πρὸς τὸ ἐπιστητὸν ἅμα δόξειεν εἶναι· ὡς [c] γὰρ δυνατὸν τὸ πολὺ, συνυπάρχοντι τῷ σεσωματωμένῳ πρὸς τὰς ὄψεις λαμβάνομεν· ἐπὶ ὀλίγων δὲ αὖ ἢ ἐπ' οὐδενὸς ἴδοι τις ἄν, ἅμα τὸ ὁρατὸν τῷ ὁρᾶν γενόμενον. ¶ [d] Ἔτ' [e], τὸ μὲν ἐπιστητὸν ἀναιρεθὲν, συναναιρεῖ τὴν ἐπιστήμην· ἡ δὲ ἐπιστήμη τὸ ἐπιστητὸν οὐ συναναιρεῖ· ἐπιστητὸν μὲν γὰρ μὴ ὄντος, οὐκ ἔστιν ἐπιστήμη· ἐπιστήμης δὲ μὴ οὔσης, οὐδὲν κωλύει ἐπιστητὸν

a Addition in Mss. confirmed in the Greek text.

εἶναι.

εἶναι· οἷον [a] καὶ ὁ τῶ κύκλου τετραγωνισμὸς εἰ γέ ἐστιν ἐπιστητόν, ἐπιστήμη μὲν αὐτοῦ οὐκ ἔστιν οὔπω, αὐτὸ δὲ ἐπιστητόν ἐστιν. Ἔτι, [b] ζῴου μὲν αἰσθητοῦ ἀναιρεθέντος, οὐκ ἔστι ἐπιστήμη, τοῦ δὲ ἐπιστητὸν πολλὰ ἀναιρεθέντα εἶναι. ¶ Ὁμοίως [c] δὲ τούτοις καὶ τὰ πρός τι τῆς αἰσθήσεως ἔχει. τὸ γὰρ αἰσθητὸν, πρότερον τῆς αἰσθήσεως δοκεῖ εἶναι· τὸ μὲν γὰρ αἰσθητὸν ἀναιρεθὲν, συναναιρεῖ τὴν αἴσθησιν· ἡ δὲ αἴσθησις τὸ αἰσθητὸν ἡ συναναιρεῖ. αἱ γὰρ αἰσθήσεις ἅμα τοῖς σώμασι καὶ ἐν σώμασί εἰσιν. αἰσθητὰ δὲ ἀναιρεθέντος, ἀναιρεῖται καὶ τὸ σῶμα· (τὰ γὰρ αἰσθητὰ καὶ τὸ σῶμα) σώματος δὲ μὴ ὄντος, ἀναιρεῖται καὶ ἡ αἴσθησις. ὥστε [e] συναναιρεῖ τὸ αἰσθητὸν τὴν αἴσθησιν· ἡ δὲ γε αἴσθησις τὸ αἰσθητὸν οὐ συναναιρεῖ. ζῷόν γὰρ ἀναιρεθέντος, αἴσθησις μὲν ἀναιρεῖται, αἰσθητὸν δὲ ἔσται, οἷον σῶμα, θερμὸν, γλυκὺ, πικρὸν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα [f] ὅσα ἐστὶν αἰσθητά. ¶ Ἔτι, αἴσθησις μὲν ἅμα τῷ αἰσθητικῷ γίνεται. ἅμα γὰρ ζῷόν τε γίνεται, καὶ αἴσθησις. τὸ δέ γε αἰσθητὸν ἔστι καὶ πρὸ τοῦ ζῷον ἢ αἴσθησιν εἶναι· πῦρ γάρ καὶ ὕδωρ καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐξ ὧν καὶ τὸ ζῷον συνίσταται, ἔστι καὶ πρὸ τοῦ ζῷον ὅλως εἶναι ἡ αἴσθησιν. ὥστε πρότερόν ἂν τῆς αἰσθήσεως, τὸ αἰσθητὸν εἶναι δόξειεν. ¶ Ἔχει δ' ἀπορίαν, πότερον οὐσίαι τῶν πρός τι λέγεται, καθάπερ δοκεῖ, ἢ τὸ σχέσεως κατά τινας τῶν δευτέρων ἐστίων. ¶ Ἐπὶ μὲν δὴ τῶν πρώτων οὐσιῶν ἀληθὲς ἐστιν· οὔτε γὰρ τὰ ὅλα, οὔτε τὰ μέρη τῶν πρώτων οὐσιῶν, πρός τι λέγεται. ὁ γὰρ τις ἄνθρωπος οὐ λέγεται τινὸς τῆς ἀνθρώπου· οὐδὲ ὁ τις βοῦς, τινὸς τῆς βοός. ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ μέρη· ἡ

vt [a] circuli quadratura si est scibile: scientia quidem eius nondū est, ipsum autem est scibile. Præterea [b] sublato animali non erit scientia, scibilia verò multa esse possunt. ¶ Similis [c] est ratio eorum quæ ad sensum pertinēt. nā sensile prius sensu videtur esse. sensile enim sublatum, simul tollit sensum. sensus verò *sublatus*, sensile simul non tollit. Nam [d] sensus circa corpus & in corpore sunt. sensili verò sublato tollitur etiam corpus: (siquidem *in* rerum sensibilium *numero est* etiam corpus) & si corpus non sit, tollitur etiā sensus. Quare [e] sensile *sublatum*, simul tollit etiam sensum: sensus autem *sublatus*, non simul tollit sensile. quia [f] sublato animali sensus tollitur: sensile autem *nihilo minus* erit, vt corpus, calidum, dulce, amarum, & cetera omnia quæ sub sensum cadunt. ¶ Præterea sensus fit vnà cum eo quod sentiendi vi præditum est: simul enim fit animal & sensus. sensile autem est antequàm animal aut sensus fit: ignis etenim, & aqua, & *cetera* eiusmodi, ex quibus animal constat, sunt etiam antequàm omnino animal aut sensus sit. Quòbrem prius sensu sensile videri potest. ¶ Sed dubitari potest, vtrùm nulla substantia ad aliquid referatur, quemadmodum videtur, an hoc contingat in quibusdam secundis substantiis. ¶ Sanè in primis substantiis verum est: quia nec totæ primæ substantiæ nec partes earū ad aliquid referuntur: nam quidam homo non dicitur alicuius quidam homo: nec quidam bos, alicuius quidam bos. Eadem est ratio partium. nam

a Probatio prior antecedentis.
b Probatio posterior antecedentis.
c Quomodo solutiones rationes de scientia & scibili, eodem solutionis sequentia arguntur de sensu & sensili.
d Proponit quod probaturus est.
e Antecedens.
f Probatur prima pars antecedentis a contrario.

quædam manus non dicitur alicuius quoddam manus, sed alicuius manus: & quoddam caput non dicitur alicuius quoddam caput, sed alicuius caput. Idem *dicendum est* de plerisque secundis substantiis. vt homo non dicitur alicuius homo: nec bos, alicuius bos: nec lignum, alicuius lignū: sed dicitur alicuius possessio. Quę igitur eiusmodi sunt perspicuum *est* non esse ad aliquid. ¶ Verum de quibusdam secundis substantiis quæstio est. vt caput dicitur alicuius caput, & manus dicitur alicuius manus. & cetera eiusmodi. Quare hæc videntur esse ad aliquid.

¶ Ergo si perfecta relatorum definitio allata est: aut valde difficile aut impossibile est ostendere, nullam substantiam referri ad aliquid. ¶ Si verò non *est* perfecta, sed ad aliquid sunt quorū essentia nihil aliud est quàm ad aliquid modo quopiam esse affectū: fortasis aliquid ad hæc responderi poterit[a]. ¶ Prior autem definitio conuenit quidem omnibus[b] *iis quæ sunt* ad aliquid: sed non idem est, eorum essentiam esse ad aliquid: &, ipsa id quod sunt, ad aliud referri. ¶ At que ex his perspicuū est, si quis definitè quidpiá nouerit quod sit ad aliquid; etiam id ad quod refertur, eū definitè cogniturū esse. Ex his igitur perspicuum est: quoniam si quis nouit hoc aliquid esse relatum, etiam illud nouit ad quod hoc est aliquo modo affectum. Etenim si quis omnino *id* ignoret ad quod hoc est aliquo modo affectum: ne quidem, an sit aliquo modo ad aliquid affectum, cognoscet.

¶ Hoc idem in singulis perspicuum est. vt si quis definitè nouit hoc aliquid esse duplum:

a Quia partes secundarum substantiarum non habent essentiā istam in eo consistentem vt ad aliud referantur: sed primùm sunt aliquid per se, deinde hoc habent vt possint ad aliud referri.

b Non solùs, quia ostensum est eā conuenire etiā partibus secundarum substantiarum.

γάρ τις χεὶρ οὐ λέγεται τινὸς τῆς χειρός, ἀλλὰ τινος χείρ· καὶ ἡ τις κεφαλὴ οὐ λέγεται τινός τις κεφαλή, ἀλλά τινος κεφαλή. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν δευτέρων οὐσιῶν, ἐπὶ γε τῶν πλείστων· οἷον ὁ ἄνθρωπος οὐ λέγεται τινὸς ἀνθρώπου· οὐδὲ βοῦς, τινὸς βοός· οὐδὲ τὸ ξύλον, τινὸς ξύλου· ἀλλά τινος κτῆμα λέγεται. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν τοιούτων φανερὸν ὅτι οὐκ ἔστι τῶν πρός τι. ¶ Ἐπ' ἐνίων δὲ τῶν δευτέρων οὐσιῶν ἔχει ἀμφισβήτησιν· οἷον ἡ κεφαλὴ τινὸς λέγεται κεφαλὴ καὶ ἡ χεὶρ, τινὸς λέγεται χείρ· καὶ ἕκαστον τῶν τοιούτων· ὥστε ταῦτα τῶν πρός τι δόξειεν ἂν εἶναι. ¶ Εἰ μὲν οὖν ἱκανῶς ὁ τῶν πρός τι ὁρισμὸς ἀποδέδοται, ἢ τῶν πάνυ χαλεπῶν ἢ τῶν ἀδυνάτων ὄντι τὸ δεῖξαι ὡς οὐδεμία οὐσία τῶν πρός τι λέγεται. ¶ Εἰ δὲ μὴ ἱκανῶς, ἀλλ' ἔστι τὰ πρός τι, οἷς τὸ εἶναι ταὐτόν ἐστι τῷ πρός τι πως ἔχειν· ἴσως ἂν ἐνδεῖν τι πρὸς τοῦτο. ¶ Ὁ δὲ ῥηθεὶς ὁρισμὸς οὐδαμοῦ κωλύσειεν μὴν πάσι τοῖς πρός τι οὐ μικρὸν γε τῶν ὄντων ὄντι, τὸ πρός τι αὐτοῖς εἶναι, τῷ αὐτὰ ἅπερ ἐστὶν, ἑτέρων λέγεσθαι. ¶ Ἐκ δὲ τούτων δῆλον ὅτιν, ὅτι ἐάν τις εἰδῇ τι ὡρισμένως τῶν πρός τι, κἀκεῖνο, πρὸς ὃ λέγεται, ὡρισμένως εἴσεται. φανερὸν οὖν καὶ ὅτι τῶν ὄντων. εἰ γὰρ οἶδέ τις τόδε τι ὅτι τῶν πρός τι ἐστιν· ἔστι δὲ τὸ εἶναι τοῖς πρός τι ταὐτὸν τῷ πρός τι πως ἔχειν· κἀκεῖνο οἶδε, πρὸς ὅ τὸ πως ἔχει. εἰ δὲ μή οἶδεν ὅλως πρὸς ὃ τὸ πως ἔχει, οὐδ' εἰ πρός τί τι πως ἔχει, εἴσεται. ¶ Καὶ ὅτι τῶν καθ' ἕκαστα δῆλον τοῦτον τὸν τρόπον· εἰ γὰρ τὸ δίπλοῦν τις ἀφωρισμένως ὅτι ἔστι δίπλασιον

σιον· καὶ ὅτου διπλάσιόν ἐστιν, δῆθεν ἀφωρισμένως οἶδεν. εἰ δὲ μηδενὸς τῷ ἀφωρισμένων οἶδεν αὐτὸ διπλάσιον, οὐδ' εἰ ἔστι διπλάσιον ὅλως οἶδεν. ἀσαύτως δὲ καὶ τόδε τι εἰ οἶδεν ὅτι καλλιόν ἐστι· καὶ ὅτου καλλιόν ἐστιν, δῆθεν ἀφωρισμένως ἀναγκαῖον εἰδέναι ἀφ' ἑαυτά. οὐκ ἀορίστως δ' εἴσεται ὅτι τοῦτο ἐστὶ χείρονος καλλιον· ὑπόληψις δὲ τὸ τοιοῦτον γίνεται, οὐκ ἐπιστήμη· οὐδ' ἔτι ἀκριβῶς εἴσεται ὅτι ὀξὺ χείρονος καλλιον· εἰ δὲ οὕτως ἔτυχεν, οὐδέν ἐστι χεῖρον αὐτό. ὥστε φανερὸν ὅτι ἀναγκαῖόν ἐστιν· ὃ αὖ εἰδῇ τις τῷ πρός τι, ὡρισμένως· καὶ εἰ νο, πρὸς ὃ λέγεται, ὡρισμένως εἰδέναι. ¶ Τὸ δὲ κεφαλὴ, καὶ τὸ χεῖρον. καὶ ἕκαστον τῷ τοιούτων ἁπλῶς οὐσίαν. αὐτὰ μὲν ἅπερ ἐστὶν, ὡρισμένως ἐστὶν εἰδέναι· πρὸς ὃ δὲ λέγεται, οὐκ ἀναγκαῖον. τίνος δὲ αὖτη ἡ κεφαλὴ, ἢ τίνος ἡ χεὶρ, οὐκ ἔστιν εἰδέναι ὡρισμένως. ὥστε οὐκ ἀνάγκη ταῦτα τῷ πρός τι. εἰ δὲ μή ἐστι ταῦτα τῷ πρός τι· ἀλλ' οὐδὲ ἀνάγκη λέγειν, ὅτι οὐδεμία οὐσία τῷ πρός τί ἐστιν. ¶ Ἴσως δὲ χαλεπὸν καὶ ἐπὶ τοιούτων σφόδρα ἀποφαίνεσθαι, μὴ πολλάκις ἐπεσκεμμένον. τὸ μὲν τοι διπορήκεναι ἐπὶ ἑκάστου οὐ τῷ, οὐκ ἀχρηστόν ἐστι.

etiam cuius duplum sit, statim definitè cognoscit: quia si nullius definitè sciuit hoc *esse* duplum: neque an duplum sit, omnino nouit. Itidem si nouit hoc aliquid esse honestius: etiã quo honestius est, statim definitè nescisse *est eum* cognoscere ob eandem rationem. neque indefinitè cognoscet hoc esse deteriori honestius: nam eiusmodi *cognitio* est suspicio, non scientia: quippe cùm non exquisitè sciat esse honestius deteriori, quoniam, si ita contingit, nihil est eo deterius. Quocirca perspicuum est, necesse esse vt qui aliquid eorũ quæ cum alio conferuntur, definitè cognoscit; illud quoque, ad quod refertur, definitè cognoscat. ¶ Sed caput, & manum, & cetera eiusmodi quæ sunt substantiæ, ipsa quidẽ id ipsum quod sunt, definitè scire licet: id verò, ad quod referuntur, non necesse est *scire*. cuius enim *sit* hoc caput, aut cuius *sit hæc* manus, non est necesse scire definitè. quare hæc [a] nõ sunt ad aliquid. Si verò hæc nõ sunt ad aliquid: vtique verè dicitur nullam substantiam *esse* ad aliquid[b]. ¶ Fortassis autem difficile est cum de huiusmodi *rebus* certũ *aliquid* affirmare qui non sæpius in eis versatus sit. verùm de his singulis dubitare non est inutile.

a Id est partes cundarum substantiarum.

b Quia partes secundarum substantiarum máxime videntur esse ad aliquid. Si ergo hæ non sunt ad aliquid, multo minùs cetera substantiæ sunt ad aliquid.

De qualitate, & quali, CAP. VIII.

c Vide lib. 4. primæ philosophiæ cap. 14.

1 ¶ *De qualitate.* ¶ *Descriptio.* 2 ¶ *Qualitatem dici multis modis.* 3 ¶ *Species prima, Habitus & dispositio.* 4 *Habitus & dispositionis collatio prima,* 5 *quæ probatur à communi vsu & ratione loquendi.* 6 *Collatio altera.* 7 ¶ *Species secunda, Naturalis potestas & imbecillitas.* 8 ¶ *Species tertia, Patibilis qualitas & passio. Exempla qualitatũ corporalium.* 9 *Confirmatio dictorum exemplorum.* 10 *Qualitates patibiles dici vel quia passione sensum afficiunt,* 11 *vel quia à passione efficiuntur.* 12 *Distinctio patibilium qualitatum, & passionum.* 13 *Exempla patibilium qualitatum & passionum quæ sunt in anima.* 16 *Quarta species, Figura & circa rem consistens forma.* 17 ¶ *De quibusdam quæ videntur species qualitatis, nec tamen sunt.* 18 ¶ *Excessus.* 19 ¶ *Epilogus.* 20 ¶¶ *De quali: Descriptio.* 21 *Exempla eorum quæ à qualitate denominantur:* 22 *& eorum quæ non de-*

nominatur, à qualitate innominata, 23 vel nominata. 24 Epilogus. 25 ¶¶ Proprietates. ¶ Prima, Habere contrarium: 26 quæ non inest omnibus. 27 ¶ Secunda, Si ex duobus contrariis unum sit in categoria qualitatis, alterum quoque in eadem esse categoria. 28 ¶ Tertia, recipere magis & minus: 29 quæ non inest omnibus, quia nec prima species qualitatis, 30 nec quarta. 31 ¶ Epilogus. 32 ¶ Quarta, Simile vel dissimile dici. 33 ¶¶ Obiectiones 34 solutio una, 35 atque altera.

QVALITATEM[a] appello, ex[b] 1
qua quales aliqui dicuntur.
¶ Qualitas autem dicitur mul- 2
tifariam. ¶ Vna igitur species 3
qualitatis, habitus[c] & dispo-
sitio nuncupator. ¶ Habitus à 4
dispositione differt, quia est res
diuturnior & permanentior.
cuiusmodi sunt scientiæ & vir-
tutes. nam scientia videtur in
iis esse quæ sunt diuturna & dif
ficulter amouentur, si quis vel
mediocriter scientiam accepe-
rit: nisi magna mutatio fiat à
morbo vel aliquo alio *eiusmodi*
casu. Itidémque virtus, vt iustitia & temperantia & id genus cetera, non videtur facilè amoueri aut mutari posse. Dispositiones verò dicuntur, quæ facilè moueri possunt & cito mutantur: vt calor, & frigus; necnõ morbus, & sanitas; & cetera eiusmodi. his enim homo est aliquo modo dispositus[3]: sed citò mutatur, dum ex calido frigidus fit, & ex sanitate in ægritudinẽ *incidit*. Eadem est aliarum *dispositionum* ratio. Nisi harum quæpiã longinquitate temporis quasi naturalis euaserit, & immedicabilis sit, aut difficillimè amoueri possit. quam aliquis, vt *pote* iam habitum *effectam*, merito habitum appellauerit. ¶ Perspicuum autem est hæc debere habitus vocari, quæ sunt diuturniora, & difficiliùs amouentur. nam qui scientiarum quippiam non admodum tenent, sed facilè amittere possunt, eos nõ aiunt habere habitũ, quamquam dispositi sunt aliquo mo-

Ποιότητα[a] δὲ λέγω, καθ'[b] ἣν λέγονταί τινες [ἢ] ποιοί τινες [ἢ] λέγονται. ¶ Ἕξις[2] ἡ ποιότης τῆς πλειοναχῶς λεγομένης. ¶ Ἓν μὲν οὖν εἶδος ποιότητος, ἕξις[c] καὶ διάθεσις λεγέσθωσαν. ¶ Διαφέρει δὲ ἕξις διαθέσεως, τῷ χρονιώτερον εἶ καὶ μονιμώτερον. τοιαῦται δὲ αἱ τε ἐπιστῆμαι, καὶ αἱ ἀρεταί. ἥτε γὰρ ἐπιστήμη δοκεῖ τῶν παραμονιμωτέρων εἶ, καὶ ὅσαι μνημονικώτεραι, εἰ καὶ μεῖζόν τις λάβοι, ἐὰν μὴ μεγάλη μεταβολὴ γένηται ὑπὸ νόσου ἢ ἄλλου τοιούτου. ὡσαύτως δὲ ἥ τε ἀρετή, οἷον ἡ δικαιοσύνη καὶ ἡ σωφροσύνη καθ' ἕκαστον τῶν τοιούτων, οὐκ ἄκινητον δοκεῖ εἶ μᾶλλον. διαθέσεις δὲ λέγονται, ἃ ὄντα δύκινητα καὶ ταχὺ μεταβάλλοντα· οἷον θερμότης καὶ ψυχρότης, ἢ νόσος καὶ ὑγεία, ἢ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα δύχρει. μᾶλ γάρ πως καὶ ταῦτας ὁ ἄνθρωπος, ταχὺ δὲ μεταβάλλει ἐκ θερμοῦ ψυχρὸς γίγνόμενος καὶ ἐκ τοῦ ὑγιαίνειν εἰς τὸ νοσεῖν. ὡσαύτως δὲ καὶ ὅτι τῶν ἄλλων. εἰ μή τις καὶ αὐτῶν τούτων παλαιὰν διάκρασιν πολὺν χρόνον ἤδη συμπεφυκυῖαν, καὶ ἀίατος, ἢ πάνυ δύκινήτως οὖσα ἴσως ἀεὶ τις ὡς ἐξιν ἤδη πᾶσα λαμβάνοι. ¶ Φανερὸν δὲ ὅτι ταῦτα βούλονται ἕξεις λέγειν, ἃ ὅτι πολυχρονιώτερα καὶ δυσκινητότερα. τοὺς μὲν γὰρ ἐπιστήμῃ μὴ πάνυ τι κατέχοντας, ἀλλ' δύκινήτους ὄντας, ὡ φασὶν ἔξειν ἐπιστήμην καὶ τοὺς διακεκενταί, μᾶλλον

2 Obiectua deseri bi accidens abstractum per concretum, quia concretum est nobis notius.
b Similiter quãtitas poterat definiri, à qua dicitur quanta.
c Habitus & dispositio nõ sunt diuersæ species, sed vna & eadẽ cũm quia habitus potest appellari etiam dispositio, vt auctor docet part. 6. tũ etiam quia qualitas aliqua, vt scientia, manens eadem qualitas, fit ex dispositione habitus, cũm firmius in subiecto esse incipit, vt facilè euelli nõ possit. Porrò significationes horum verborũ, habitus, & dispositio, traditas Aristoteles libro 4. primæ philosophiæ cap. 19 & 20.
3 Quia habitus est qualitas quæ quibusdam quasi radicibus & fundamentis innititur, & ideo non facile amoueri potest: dispositio vero est qualitas in subiecto non ita firmiter radicata, & ideo facilius amoueri potest.

κατὰ τὸν ὁπισήμλιν ἢ χεῖρον ἢ βέλτιον· ὥστε διαφέρει ἕξις διαθέσεως, τῷ τὴν μὲν εὐκίνητον εἶναι, ἡ δὲ πολυχρονιωτέραν καὶ δυσκινητοτέραν. ¶ Εἰσὶ δὲ αἱ μὲν ἕξεις καὶ διαθέσεις, αἱ δὲ διαθέσεις οὐκ ἔξεις. οἱ μὲν γὰρ ἕξεις ἔχοντες, καὶ διακείνται πως κατ' αὐτάς· οἱ δὲ διακείμενοι, οὐ πάντες καὶ ἕξιν ἔχουσιν. ¶ Τέτταρες δὲ γένος ποιότητος, καθ' ὃ πυκνοὶ, ἢ δρομικοὶ, ἢ ὑγιεινοὶ, ἢ νοσώδεις λέγομεν· καὶ ἁπλῶς ὅσα κατὰ δύναμιν [a] φυσικὴν ἢ ἀδυναμίαν λέγεται. οὐ γὰρ τῷ διακεῖσθαί πως, ἕκαστον τῶν τοιούτων λέγεται, ἀλλὰ τῷ δύναμιν ἔχειν φυσικὴν ἢ ἀδυναμίαν τὸ ποιῆσαί τι ῥᾳδίως, ἢ μηδὲν πάσχειν. οἷον πυκτικοὶ ἢ δρομικοὶ λέγονται, οὐ τῷ διακεῖσθαί πως, ἀλλὰ τῷ δύναμιν ἔχειν φυσικὴν τὸ ποιῆσαί τι ῥᾳδίως. ὑγιεινοὶ δὲ λέγονται, τῷ δυνάμιν ἔχειν φυσικὴν τὸ μηδὲν πάσχειν ὑπὸ τῶν τυχόντων ῥᾳδίως. νοσώδεις δὲ τῷ ἀδυναμίαν ἔχειν φυσικὴν τοῦ [μηδὲν] πάσχειν ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν τυχόντων. ὁμοίως δὲ τούτοις καὶ τὸ σκληρὸν, καὶ τὸ μαλακὸν ἔχει. τὸ μὲν γὰρ σκληρὸν λέγεται, τῷ δύναμιν ἔχειν τοῦ μὴ ῥᾳδίως διαῤῥηχθῆναι· τὸ δὲ μαλακὸν, τῷ ἀδυναμίαν ἔχειν τοῦ αὐτοῦ τούτου. ¶ Τέτταρες δὲ γένος ποιότητος, παθητικαὶ ποιότητες καὶ πάθη[b]. ἔστι δὲ τοιαῦτα, οἷον γλυκύτης τε καὶ πικρότης καὶ τραχύτης, καὶ πάντα τὰ τούτοις συγγενῆ· ἔτι δὲ καὶ θερμότης καὶ ψυχρότης, καὶ λευκότης καὶ μελανία. ¶ Ὅτι μὲν οὖν αὗται ποιότητές εἰσι, φανερὸν.

do secundum scientiam vel deteriùs, vel meliùs. Quamobrem differt habitus à dispositione: quia hæc facilè amitti potest, ille est diuturnior, nec facilè admittitur. ¶ At verò habitus *sunt* etiam dispositiones: *contrà* ver ò dispositiones nõ necessariò *sunt* habitus. nam qui habent habitus, *sint* etiam iis aliquo modo disposíti. quiverò disposíti sunt, non omnino etiam habitum habent. ¶ Alterum genus qualitatis *est*, ex quo ad pugilatum cursumve aptos, aut ad sanitatem morbúmve procliues *esse* dicimus, & omnino quæcũque secundum naturalem vim [a] aut imbecillitatem dicuntur, non enim singula hęc dicuntur, quia disposita sint aliquo modo: sed quia naturalem vim aut imbecillitatem habent ad aliquid facile faciendum, aut nihil patiendum. Vt pugilares *seu apti ad pugilatũ*, & curforij *seu apti ad cursum*. dicũtur, non quia disposíti sint aliquo modo, sed quia naturalem facultatem habent ad aliquid facilè efficiendũ. Valentes autem *seu salubri corpore* dicuntur, quia naturalem vim habẽt, ne quid facilè à quibuslibet patiantur. imbecilli *seu non salubri corpore*, quia naturalem imbecillitatem habent, ne quid facilè à quibuslibet patiantur. His similia sunt durum & molle. durum enim dicitur quia naturalẽ vim habet, ne facilè secetur. molle autem, quia ad hoc ipsum imbecillitatem habet. ¶ Tertium genus qualitatis *sunt* patibiles qualitates & passiones[b]. cuiusmodi sunt dulcedo, amaror, acerbitas, & quæcũque sunt in eodem genere. item calor, frigus, albor, nigror. ¶ Has igitur esse qualitates perspicuum est.

a Naturalis vis & imbecillitas non sunt diuersæ species qualitatis, sed vna & eadem: quoniam eadem qualitas potest nominari vis, seu facultas & imbecillitas, exempli causa, quod habet facultatem vt faciliè secetur, habet imbecillitatẽ ad resistendum secanti. & quod habet potestatẽ ægrotandi, imbecillitatem habet ad resistendũ iis quę sanitati nocent, & morbos inducunt.

b Hæc verba, & passiones, videntur esse tollenda: quia paulò pòst negabit passiones esse qualitates, hac ratione conuenit eis descriptio qualitatis. Nisi dicas, Passionis verbũ hic accipi latiùs. Vide 4. primæ philosophiæ cap. 21.

nam quæ eas recipiunt, ab eis dicuntur qualia. vt mel, quia suscipit dulcedinem, dicitur dulce. & corpus *dicitur* albũ, quia recipit alborem. itidémque in aliis *res se* habet. ¶ Patibiles autem qualitates dicuntur, non quòd ipsa *subiecta* qualitates recipientia, quidquam patiantur. neque enim mel, eo quòd aliquid patiatur, dicitur dulce: nec aliud quidpiam tale. similiter calor & frigus patibiles qualitates dicuntur, nõ quòd ipsa *subiecta*, à quibus recipiuntur, aliquid patiantur. verùm quia in sensibus omnes dictæ qualitates sunt passionis effectrices, *id-circo* patibiles qualitates dicuntur. nam dulcedo passione quadam afficit gustum, & calor tactum, & similiter aliæ. ¶ Albor verò & nigror & ceteri colores non eodem [a] modo, quo ea quæ dicta sunt, patibiles qualitates dicuntur, sed quia à passionibus producti sunt. Multas [b] igitur propter passionem mutationes colorum fieri, perspicuum est. nam pudore affectus, ruber factus est: & pauefactus, pallidus: & cetera eiusmodi. quare [c] si quis naturâ sit huiusmodi passione affectus: consentaneũ est eum simili colore prædictum esse. nam [d] quæ nunc, dum pudefit, dispositio circa corpus fiebat, eadem dispositio in naturali constitutione fieri potest: adeò vt naturâ etiam similis color fiat. ¶ Quæcumque igitur accidentia, principium sumpserunt ab aliquibus passionibus quæ non facilè amoueri possunt sed permanent, patibiles qualitates dicuntur. Siue enim in naturali *rei* constitutione pallor aut nigror fiat: qualitates dicuntur patibiles, quia ab eis

τὰ δὲ διαθήματα αὐτὰ, ποιὰ λέγεται κατ' αὐτά. οἷον τὸ μέλι, τῷ γλυκύπικρα δέχεσθαι, λέγεται γλυκύ· καὶ τὸ σῶμα λεῦκον, τῷ λευκότητα δέχεσθαι. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἔχει. ¶ Παθητικαὶ δὲ ποιότητες λέγονται, οὐ τῷ αὐτὰ τὰ διαθήματα τὰς ποιότητας πεποιῆσθαί τι. οὔτε γὰρ τὸ μέλι, τῷ πεποιῆσθαί τι, λέγεται γλυκύ· οὔτε τῷ ἄλλων τῶν τοιούτων οὐδέν. ὁμοίως δὲ τούτοις ἡ θερμότης καὶ ἡ ψυχρότης, παθητικαὶ ποιότητες λέγονται, ὅτῳ αὐτὰ τὰ διαθήματα πεποιῆσθαί τι. τῷ γὰρ τοὺς αἰσθήσεις ἐκπλῆξαι τῶν εἰρημένων ποιοτήτων παθοποιητικὰ εἶναι, παθητικαὶ ποιότητες λέγονται. ἥτε γὰρ γλυκύτης παθός τι ποιεῖ τῷ γεῦσαι ἐμποιεῖ, καὶ ἡ θερμότης καὶ τῷ ἁφῇ· ὁμοίως δὲ καὶ αἱ ἄλλαι. ¶ Λεύκωσις δὲ καὶ μελανία, καὶ αἱ ἄλλαι χρόαι, οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τοῖς εἰρημένοις παθητικαὶ ποιότητες λέγονται, ἀλλὰ τῷ αὐτὰς διὰ παθῶν γεγονέναι. ὅτι μὲν οὖν γίνονται διὰ παθῶν πολλαὶ μεταβολαὶ χρωμάτων, δῆλον· αἰσχυνθεὶς γάρ τις, ἐρυθρὸς ἐγένετο· καὶ φοβηθείς, ὠχρός· καὶ ἕκαστον τῶν τοιούτων· ὥστε καὶ εἴτις φύσει τῷ τοιούτῳ τι παθῶν πέπονθε, τῶν ὁμοίαν χρόαν εἰκὸς αὐτὸν ἔχειν δῆλον. ἥτις γὰρ τοῦ ἐν τῷ αἰσχυνθῆναι διάθεσις τῷ σῶμα τὸ αὐτὸ μετ' ἐγγίνεται, καὶ τῷ φυσικῷ συμπίπτουσα ἡ αὐτὴ γίνεται· ὡς ἐπὶ φύσει καὶ τῶν χρόαι ὁμοίαι γίνεται. ¶ Ὅσα μὲν οὖν τῶν τοιούτων συμπίπτει μάτην διὰ τινων παθῶν ὑπομένων καὶ παρομοίων ἀρχὴν εἴληφε, παθητικαὶ ποιότητες λέγονται· εἰ δὲ ἐστὶ καὶ φύσει συστάσει ἐκ θερότης ἢ μελαγχολία γένηται, ποιότητες λέγονται

a Immò eodem modo, quia sicut dulcedo passione affi at gustũ, calor tactum, ita etiam color afficit visum.

b A simili probabat colores naturales effici ab aliqua passione, vt atque enthymemate: cuius *antecedens* est, colores accidentarios fieri à passionibus.

c *Consequens.*

d *Probatio consequentis*: quia cùm affectio naturalis & accidentaria, fiant similes, probabile est eas à simili causa produci. quare fiunt dispositio accidentaria procedit à causa accidentaria, ita etiã dispositio naturalis à passione naturali.

χ. τεῦτα. γονται· ποιοὶ δὲ καὶ ταύτας λεγόμεθα. οἷον τὸ ὑγιᾶ νόσον μαχρᾶ ἢ ὑγιᾶ καῦμα ἀπ' αὐτοῦ συμβέβηκεν ἢ ὠχρότης ἢ μελαγία, καὶ μὲ ῥᾳδίως δοκεῖ καθίσαι). ἢ καὶ ὑγιᾶ βίᾳ σφαλμοῦσι· ποιότητες δ' αὐταὶ λέγονται· ὁμοίως δὲ ποιοὶ κατ' αὐτὰς λέγομεθα. ¶ Ὅσα δ' ἂν δοκεῖ ῥᾳδίως ὑγιᾶ λυομένων καὶ ταχὺ δοκεῖ διαμένων γίνεται, παθὴ λέγεται, ποιότητες δ' οὐ δὲ λέγονται ποιοί τινες κατ' αὐτάς. οἷον τὸ ἐρυθριᾶν ὑγιᾶ τὸ αἰχύνεσθαι, ἐρυθρίας λέγεται· ἐπὶ ὠχρίᾳ ὑγιᾶ τὸ φοβεῖσθαι, ὠχρίας· ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς πεπονθέναι τι. ὥστε παθὴ μὲν τὰ τοιαῦτα λέγεται, ποιότητες δ' οὔ. ¶ Ὁμοίως δὲ τούτοις καὶ ψυχῆν παθητικὴ ποιότητες ἐπαθὴ λέγονται. ὅσα δὲ ἐν τῇ ψυχῇ γίνεται διὰ τινων παθῶν δυσκίνητον γεγονότα, ποιότητες λέγονται· οἷον ἥ τε μανικὴ ἕξις, καὶ ἡ ὀργή, καὶ τὰ τοιαῦτα· ποιοὶ δὲ κατ' αὐτὰς λέγονται. ὀργίλοι τε καὶ μανικοί. ὁμοίως δὲ ὅσαι ἄλλαι ἐξάσεις μὴ φυσικὴ ἀλλὰ διὰ τῶν ἄλλων συμπαθημάτων γεγονότα δυσκίνητα, ἢ καὶ ὅλως ἀκίνητοι, ποιότητες καὶ τὰ τοιαῦτα ποιοὶ δὲ κατ' αὐτὰς λέγονται. ¶ Ὅσα δ' ἂν δοκεῖ ῥᾳδίως καὶ ταχὺ διαμένων γίνεται, παθὴ λέγεται· οἷον αἱ λυπούμενός τις, ὀργιλώτερος γίνεται· οὐ δὲ γὰρ λέγεται ὀργίλος, ὁ δὲ τοιοῦτο πάθος ὀργιλώτερος ὤν, ἀλλὰ μᾶλλον πεπονθέναι τι. ὡς τὸ καθὸ μὲν λέγεται τὰ τοιαῦτα ποιότητες δὲ οὔ. ¶ Τέταρτον δὲ γένος ποιότητος, σχῆμά τε καὶ ἡ περὶ ἕκαστον ὑπάρχουσα μορφή· ἔτι δὲ πρὸς τούτοις, εὐθύτης καὶ

cuntur: quales enim ex eis appellamur. siue ob longum morbum aut æstum eidem accidit pallor vel nigror, nec facilè emendantur, aut per totam vitam permanent: qualitates etiam hæ dicuntur: quia similiter quales ab eis dicimur. ¶ Quæcumque verò ab iis fiũt quæ facilè dissoluuntur & citò corriguntur, passiones nominantur, non qualitates, quia quales quidam ab eis non dicuntur. neque enim erubescens quia pudefit, ruber dicitur: nec pallescens quia timet, pallidus: sed potiùs *dicitur* aliquid passus esse. Quocirca quæ eiusmodi *sunt*, passiones quidem dicuntur, non tamen qualitates. ¶ Similiter etiam in animâ patibiles qualitates & passiones dicuntur. Nam quæcumque in *ipsô* ortu statim effecta sunt à quibusdam passionibus, quæ non facilè amoueri queunt, qualitates dicuntur: vt amentia, & ira, & *cetera* eiusmodi. quales enim ab his dicuntur, *nempe* iracundi, & amentes. Similiter quæcumque aliæ sunt amentiæ non naturales, sed quibusdam aliis casibus effectæ, ita vt non facilè mutari, aut nullo modo amoueri possint: hæ quoque *vocatur* qualitates, quia quales ab eis dicuntur. ¶ Quæ verò ab iis fiunt quæ facilè & citò corriguntur, passiones appellantur. veluti si quis molestia affectus, fiat is iracundior. non enim dicitur iracundus, qui in huiusmodi perturbatione[a] iracũdior est, sed potiùs *dicitur* quippiam passus esse. Quare quæ *sunt* eiusmodi, passiones quidem dicuntur, qualitates autem non *item*. ¶ Quartum verò genus qualitatis *est* figura, & circa quamque rem consistens[b] forma: *vt* triangulus & *quadratum*: præterea rectitudo, &

[a] Passione. [b] Id est, forma externa, quæ est accidentalis, nõ interna & essentialis nam figura & circa eam consistens forma ponuntur in ma-

E ij

obliquitas: & si quid his simile est. nam triangulum aut quadratum esse, quale quiddam dicitur: necnon rectum, aut obliquum. vnumquodque autem dicitur quale secundum formam.

f Variatio (quæ à vulgò alteratio dicitur) est motus à qualitate in sibi contrariam qualitatem.

a *Variationem ab alio motu, distinguit eo argumento, quòd quædã variantur non ſtãte à'ια mutatione. Proponit autem idem argumentum duobus modis confectũ. nam priùs vtitur enthymemate: deinde ex eo cõficit ſyllogiſmũ hypotheticum à deſtructione cõſequentis ad deſtructionem antecedentis.*

b *Conſequens enthymematis.*


c *Antecedens enthymematis.*

d *Repetit cõſequẽs enthymematis, ex eo conficiens concluſionẽ ſyllogiſmi hypothetici, negatiuè: ſcilicet deſtructio antecedentis.*

e *Hypotheſis.*

f *Deſtructio conſequentis.*

g Sit quadratum a b c d, cui adiiciatur gnomon a e f g d b.



fiet hoc modo quadratum maius, nempe e f g c figura autem mutata non eſt, quia manet quadratũ. nã maioris quadrati perinde ac minoris, latera ſunt æqualia, & anguli recti.

h Contrarii accipe latius pro oppoſito. nam quies nihil aliud eſt quàm priuatio motus. Itaq; diſtinguendum eſt inter quietem & immobilitatẽ. nam quod moueri non poteſt, nõ dicitur quieſcere, ſed eſſe immobile.

i Sub. motionibus.

k Sup. quietes vel motiones.

¶ [a]Hoc[b] autẽm verum non eſt. [4] fere[c] enim ſecundum omnes aut plurimas paſſiones cõtingit nos variari, nulla alia motione in ſocietatem adiuncta. Etenim neque augeri neceſſe *eſt*, quod ſecundum paſſionem mouetur, nec imminui. Eadem eſt aliorũ ratio. Quare[d] diuerſa eſt ab aliis motionibus variatio. Nam[e] ſi eſſet eadẽ, oporteret id quod variatur, confeſtim etiam augeri, vel minui, vel aliam aliquam motionẽ conſequi. quod[f] tamen non eſt neceſſarium.

¶ Itidem etiam quod augetur, [5] aut alio modo mouetur, variari deberet. atqui nonnulla augentur ſine variatione. vtputa quadratum[g] gnomone circumpoſito auctum quidem eſt, non tamen variatum. Idem ſit in ceteris eiuſmodi. Quare hæ motiones diuerſæ ſunt inter ſe.

¶ Iam verò ſimpliciter motioni contrarium[h] *eſt* quies. Singulis[i] autem ſingulæ[k]. Ortui quidẽ interitus contrarium *eſt*, accretioni iminutio, loci mutationi quies in loco, maximè autem videtur opponi mutatio in locum contrarium, vt deſcenſui aſcenſus, & aſcenſui deſcenſus. ¶ Reliquæ verò ex mo- [7] tionibus explicatis non facile eſt exponere quid contrarium ſit: ſed nihil ei videtur eſſe contrarium. niſi quis etiam huic opponat quietem in qualitate, vel mutationem in contrariam qualitatem: quemadmodum etiam loci mutationi *oppoſuimus* quietem in loco, vel mutationẽ in contrariũ locum. Variatiõnaque eſt mutatio in qualitate.

¶ [a]Τοῦτο[b] δὲ οὐκ ἀληθὲς ὄζι· σχε- [4] δὸν [c]γὰρ κ᾽ πάντα τὰ πάθη ἢ τὰ ἐ πλεῖστα, συμβέβηκεν ἀλλοιοῦσθαι ἡμᾶς, οὐδεμιᾶς τῶν ἄλλων κινή- σεων κοινωνούσης. οὔτε γὰρ αὔξεσθαι ἀναγκαῖον τὸ κ᾽ πάθος κινούμενον, οὔτε μειοῦσθαι. ὡσαύτως δὲ & ὅτι τῶν ἄλλων. ὥσθ᾽ [d]ἕτερα ἂν εἴη τὰ τὰς ἄλλας κινήσεις, ἢ ἀλλοίωσις. εἰ [e]γὰρ ἓν ἢ αὐτὴ, ἕσται τὸ ἀλλοιούμενον δύζις καὶ αὔξεσθαι, ἢ μειοῦσθαι, ἢ τινα τῶν ἄλλων ἀνομοιοτήτων· ἀλλ᾽ [f]οὐκ ἀνάγκη.

¶ Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ αὐξανόμε- [5] νον, ἢ τινα ἄλλην κίνησιν κινούμενον, [ἕσται] ἀλλοιοῦσθαι. ἀλλ᾽ ἔσ τινὰ αὐξανόμενα, ἃ οὐκ ἀλλοιοῦται· οἷον τὸ τετράγωνον [g]γνώμονος ὡσαυτωσὶ περικειμένου μὴ ἀλλοιοῦται δὲ οὐδὲν γεγήνται. ὁσαύτως δὲ καὶ ὅτι τῶν ἄλλων τῶν πειούτων. ὥσθ᾽ ἕτερα ἂν εἴησαν αἱ κινήσεις ἀλλήλων. ¶ Ἔζι δὲ ἁπλῶς τῇ [6] μὲν κινήσει ἡ ῥεμία ἐναντίον[h]· ταῖς δὲ καθ᾽ ἕκαστα[i] αἱ καθ᾽ ἕκαστα[k]. ἠρεμίσει μὲν φθορᾷ [ἐναντίον·] αὐξήσει δὲ μείωσις· τῇ δὲ κ᾽ τόπον μεταβολῇ ἡ κ᾽ τόπον ἠρεμία, μάλιστα δὲ ἔοικεν ἀντικεῖσθαι καὶ ἡ εἰς τὸν ἐναντίον τόπον μεταβολή, οἷον τῇ κάτω θεν ἡ ἄνω, τῇ δὲ ἄνωθεν ἡ κάτω. ¶ Τῇ δὲ λοιπῇ τῶν κατὰ ποσὸν θεσεῶν κινήσεων, οὐ ῥᾴδιον διορίσαι τί ποτέ ὄζιν ἐναντίον. ἔοικε δὲ οὐδὲν εἶ αὐτῇ ἐναντίον· εἰ μὴ τις καὶ ὅτι ταὐτὸς τῷ κ᾽ τὸ ποιὸν ἠρεμίαν ἀντιθεῖν, ἢ τῷ εἰς τὸ ἐναντίον τὸ ποιοῦ μεταβολῇ· καθάπερ καὶ ὅτι τῆς κατὰ τόπον μεταβολῆς, τῷ κατὰ τόπον ἠρεμίαν, ἢ τῷ εἰς τὸν ἐναντίον τόπον μεταβολῇ. ἔζι γὰρ καὶ ἡ ἀλλοίωσις μεταβολὴ κ᾽ τὸ ποιόν. ὡς τε

ὥστε ἀντικείσεται τῇ κῑ τὸ ποιὸν κινήσει, ἢ κῑ τὸ ποιὸν πρεμία, ἢ εἰς τὸ ἐναντίον τὸ ποιοῦ μεταβολή. οἷον τὸ λευκὸν γίνεσθαι τὸν μέλαν γίνεσθαι· ἀλλοιοῦνται δὲ, εἰς τὰ ἐναντία τὸ ποιοῦ μεταβολῆς γινομένης.

quamobrem opponetur motui secundum qualitatem, quies in qualitate, aut mutatio in contrariam qualitatem, sicut *opponuntur* album fieri, & nigrum fieri: quia *res* variatur facta mutatione in contrarias qualitates.

De modis habendi[a], Cap. xv.

a Vide 4. primæ philosoph. cap. 23.

1 Quot modis habere dicatur. 2 Primus modus. 3 Secundus. 4 Tertius. 5 Quartus. 6 Quintus. 7 Sextus. 8 Septimus. 9 Octauus. 10 Excusatio.

1 Τὸ δὲ ἔχειν, κῑ πλείοις ξό-
2 ποις λέγεται. ¶ Hᵃ τὸ δ[b] ὡς ἕξις
καὶ διάθεσις, ἢ ἄλλου τινὰ ποιότη-
τα. λεγόμεθα γὰρ ὑπομένειν τινὰ ἕ-
3 ξειν καὶ ἀρετήν. ¶ Hᵇ[c] ὡς ποσόν,
οἷον ὁ τυγχάνει τις ἔχων μέγεθος·
λέγεται γὰρ ἕξιπηχυ μέγεθος ἔχειν,
4 ἢ τεσσαπηχυ. ¶ Hᶜ[d] ὡς τὰ περὶ τὸ
5 σῶμα, οἷον ἱμάτιον, ἢ χιτῶνα. ¶ Hᵈ
ὡς ἐν μορίῳ, οἷον ἐν χειρὶ δακτύ-
6 λιον. ¶ Hᵉ ὡς μέρος, οἷον χεῖρα ἢ
7 πόδα. ¶ Hᶠ ὡς ἐν ἀγγείῳ, οἷον ὁ μέ-
διμνος τοὺς πυρούς, ἢ τὸ κεράμιον τὸν
οἶνον· οἶνον γὰρ ἔχειν λέγεται τὸ κε-
ράμιον, καὶ ὁ μέδιμνος πυρούς.
Ταῦτ' οὖν πάντα ὡς ἐν ἀγγείῳ ἔ-
8 χειν λέγεται. ¶ Hᵍ ὡς κτῆμα· ἔχειν
γὰρ οἰκίαν ἢ ἀγρὸν λέγομεθα.

9 ¶ Λέγεται δὲ καὶ ὁ ἀνὴρ γυναῖκα
ἔχειν, καὶ ἡ γυνὴ ἄνδρα. ἔοικε δὲ
ἀλλοξενώτατος ὁ νεῦ ῥηθεὶς τρόπος
[τὸ ἔχειν] ἐπεὶ οὐδὲν γὰρ ἄλλο τοῦ ἔ-
χειν γυναῖκα σημαίνομεν, ἢ ὅτι
συνοικεῖν.

10 ¶ Ἴσως δὲ ἂν καὶ ἄλλαί τινες φα-
νείησαν τὸ ἔχειν ξόπου· οἱ δὲ εἰω-
θότες λέγεσθαι, σχεδὸν ἅπαντες κα-
τηριθμῆνται.

1 Habere multis modis dicitur. 2 ¶ Vel enim[b] vt habitum & dispositionē, aut aliquā aliam qualitatem. Nam dicimur scientiam aliquam habere, 3 & virtutem. ¶ Vel[c] vt quantum, vt quam quis magnitudinem habet. dicitur enim habere magnitudinē trium quatuórve cubitorum. 4 ¶ Vel[d] vt ea, quæ sunt circa corpus, vt vestimentum 5 aut tunicam. ¶ Vel vt in parte, 6 vt in manu anulum. ¶ Vel[e] tāquam partem, vt manum vel pe- 7 dem. ¶ Vel[f] vt in vase, vt modius triticum, aut amphora vinum. dicitur enim amphora habere vinum, & modius triticum. hæc igitur omnia dicuntur habere tāquàm in vase. ¶ Vel[g] vt possessionem. dicimur enim habere domum vel agrum. ¶ Dicitur etiam vir mulierem habere, & mulier virum. Sed hic habendi modus, quē nunc dixi, videtur esse maximè alienus: quia hoc *sermone*, habere mulierem, nihil aliud significamus, quàm simul habitare. 10 ¶ Fortasse autē habēdi videri possunt *esse* etiam aliqui alij modi: sed qui dici cōsueuerunt, ferè omnes enumerati sunt.

b Hic primus modus referēdus est ad categoriam qualitatis.

c Pertinet ad quantitatem.

d Hic tertius modus & sequens constituunt categoriā habere.

e Reducitur ad substantiam.

f Refer ad categoriam Vbi.

g Pertinet ad categoriam relatorum.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ.

ARISTOTELIS
DE INTERPRETATIONE,
LIBER VNVS.

IVLIO PACIO
interprete.

SYNOPSIS SEV METHODVS LIBRI DE INTERPRETATIONE.

TRACTATVS I.

De interpretatione
- In genere. *Cap.* 1.

TRACTATVS II.

De interpretatione
- In specie,
  - De interpretatione simplici.
    - De nomine. *Cap.* 2.
    - De verbo. *Cap.* 3.

TRACTATVS III.

In specie,
- Generalia de
  - Oratione. *Cap.* 4.
  - Enunciatione. *Cap.* 5.
  - Affirmatione, & negatione. *Cap.* 6.

TRACTATVS IV.

In specie,
- De interpretatione cõposita.
  - Specialia de enũciatis.
    - Sine modo.
      - De enũc. vniuersalibus, particularibus, indefinitis, & singularibus. *Cap.* 7.
      - De enunc. vna vel pluribꝰ. *C.* 8.
      - De singularibus futuris. *Cap.* 9.
      - De enunc. secũdi, vel tertij adiacẽtis: finitis, vel infinitis. *C.* 10.
      - De compositione, ac diuisione attributorum. *Cap.* 11.

TRACTATVS V.

In specie,
- De interpretatione cõposita.
  - Specialia de enũciatis.
    - Cũ modo
      - Oppositio. *C.* 12.
      - Cõsecutio *C.* 13.

TRACTATVS VI.

- Hypotheoria, De enunciationibus contrariis. *Cap.* 14.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ.

ARISTOTELIS
LIBER DE INTERPRETATIONE[a].
DE INTERPRETATIONE GENERALITER ACCEPTA.
TRACTATVS I.
CAP. 1.

1 Propositio eorum de quibus in hoc libro agendum est. 2 Explicatur natura interpretationis ex verum, intelligentiarum, vocum, & scripturarum collatione prima, 3 atque altera. 4 Excusatio. 5 Interpretationis diuisio in simplicem & compositam. 6 Simplicis subdiuisio in nomen & verbum.

a Interpretatio est vox ex instituto animi sensa significãs. Ex instituto est, quod Græci dicunt κατὰ συνθήκην. quoniã vocabula nõ sunt à natura cõstituta, sed ab hominibus pro arbitrio imposita, vt Aristoteles cẽsẽt. voces autem belluarum sunt naturales, sed nõ sunt interpretationes, coniunctiones, præpositiones, & ceteræ particulæ indeclinabiles, non sunt interpretationes, nec partes orationis: quia nullam animi cõceptionẽ significant, per se enim nihil significant, sed habent tantùm vim consignificãdi, vtpote coniungendi partes orationis. Porrò interpretatio vel est simplex, id est nomen, & verbum, vel coniuncta, id est oratio. Sub nomine comprehenditur pronomen. sub verbo tẽ participiũ: quoniam pronomini definitio nominis, participio definitio verbi conuenit, vt ex sequentibus apparebit.

ΠΡΩΤΟΝ δεῖ θεσθαι τί ὄνομα ἐστι, καὶ τί ῥῆμα, ἔπειτα, τί ἐστιν ἀπόφασις, καὶ κατάφασις, καὶ λόγος. ¶ Ἔστι μὲν οὖν φωνὴ σημαντικὴ κατὰ συνθήκην, ἄνευ χρόνου, ἧς οὐδὲν μέρος ἐστὶ κεχωρισμένον σημαντικόν· οὐ γὰρ ἐὰν ἀπὸ τοῦ βοὸς τὸ βοῦν σημαντικὸν ᾖ, ἔστιν ἐν τῷ βοῦν τὸ βο σημαντικόν· ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ φωνῇ, ἔστι δὲ ἐν τῇ ψυχῇ παθήματα τοῦ ὀνόματος σύμβολα ἢ ὁμοιώματα τὰ πράγματα· ἃ δὲ ἐν τῇ φωνῇ. ¶ Καὶ ὥσπερ οὐδὲ γράμματα πᾶσι τὰ αὐτά, [οὕτως] οὐδὲ φωναὶ αἱ αὐταί. ὧν μέντοι ταῦτα σημεῖα πρώτως, τὰ αὐτὰ πᾶσι παθήματα τῆς ψυχῆς· καὶ ὧν ταῦτα ὁμοιώματα, πράγματα ἤδη τὰ αὐτά. ¶ Περὶ μὲν οὖν τούτων εἴρηται ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς· ἄλλης γὰρ ταῦτα πραγματείας. ¶ Ἔστι δ' ὥσπερ ἐν τῇ ψυχῇ ἔνια νόημα, οἷς οὐκ ἔστιν ἀλήθεια οὐδὲ ψεῦδος· ἔνια δὲ οἷς ἀνάγκη θατέρῳ ὑπάρχειν τούτων· οὕτω καὶ ἐν τῇ φωνῇ· περὶ γὰρ σύνθεσιν καὶ διαίρεσιν ἡ ἀλήθεια καὶ τὸ ψεῦδος.

PRIMVM oportet ponere[b], quid sit nomen, & quid verbum. deinde quid sit negatio, & affirmatio, & enunciatio, & oratio[c]. ¶ Quæ igitur sunt in voce, sunt notæ passionum[e], quæ sunt in anima: & quæ scribuntur, *sunt notæ* eorũ quæ sunt in voce. ¶ Atque vt literæ non sunt apud omnes eædem, ita nec voces *sunt* eædem[f]. Sed passiones animi, quarũ hæc primùm *sunt* signa, eædem *sunt* apud omnes. eædem *sunt* etiam res, quarum hæ *passiones sunt* simulacra. ¶ Ac de his quidem dictum est in *libris*[g] *de anima*: quia pertinet ad aliũ tractatũ. ¶ Quemadmodum autem in anima interdum[i] est intelligentia veri vel falsi expers, interdum[k] verò cui iam necesse *est* alterum[l] horum inesse: ita etiam in voce. nam in compositione & derari possunt, vel in mente, vel in voce, vel in scriptura.

b Vel, constituere.

c Oratio est genus enunciationis, enũciatio affirmationis & negationis. prius igitur proponit species quàm genera: quia genera non explicantur nisi specierũ causa.

d Id est nomina, verba, & orationes, quæ voce proferũtur. nam hæc tribuit modis consignificandi.

e Passiones, παθήματα vocat sensa animi (quæ vox apud appellabit πάθημα, quoniam intelligere est pati 3. de anima, cap. 4. ex hominum instituto.

f Proinde non sunt à natura, sed ex instituto hominum, vel alli.

g Lib. 3 c. 6. & in calce cap. 8.

h Id est ad physicen.

i Hæc est intelligentia simplex, id est nomen, & verbum.

k Hæc est intelligentia coniuncta, vel si quis mente concipiat Socratem currere: coniungit enim per intellectum, cursum cum homine.

l Id est veritas aut falsitas.

διαίρεσιν [a] ἐστι τὸ ψεῦδός τε καὶ τὸ ἀληθές. ¶ Τὰ μὲν οὖν ὀνόματα [4] αὐτὰ καθ' αὑτὰ ῥήματα ἔοικε τοῦ ἀνθρώπου σωφρονέσεως καὶ διαιρέσεως νοήματ' οἷον τὸ ἄνθρωπος, ἢ τὸ λευκόν, ὅταν μὴ προστεθῇ τι· οὔτε γὰρ ψεῦδός, οὐτε ἀληθές πω. σημεῖον δέ· ἔστι τόδε· καὶ γὰρ ὁ τραγέλαφος σημαίνει μέν τι, οὐπω δὲ ἀληθὲς τι ἢ ψεῦδος, ἂν μὴ τὸ εἶναι, ἢ τὸ μὴ εἶναι προστεθῇ, ἢ ἁπλῶς, ἢ κατὰ χρόνον [d].

a Affirmatio cõponit attributũ cum subiecto. negatio diuidit ac seperat.

b Id est aliquod verbũ: vt currit, disgregat visum.

c Id est sine significatione temporis, vt cùm dicimus, Deus est bonus, homo est animal, rosa bene olet. Atqui verbum definitur quod consignificat tempus, infrà cap. 3. Respõdeo, etsi omne verbũ per se acceptum consignificat tẽpus, tamẽ in cõpositione interdum abiici eam tẽporis consignificationem, vt in suprà scriptis exẽplis.

d Id est pro tempore præterito, præsenti, vel futuro: vt, diluuiũ fuit, mundus est, mortui resurgent.

διαιρέσεως [a] ἐστὶ τὸ ψεῦδός τε καὶ τὸ ἀληθές. ¶ Τὰ μὲν οὖν ὀνόματα [4] αὐτὰ καθ' αὑτὰ ῥήματα ἔοικε τοῦ ἀνθρώπου σωφρονέσεως καὶ διαιρέσεως νοήματ' οἷον τὸ ἄνθρωπος, ἢ τὸ λευκόν, ὅταν μὴ προστεθῇ τι· οὔτε γὰρ ψεῦδός, οὐτε ἀληθές πω. σημεῖον δέ· ἔστι τόδε· καὶ γὰρ ὁ τραγέλαφος σημαίνει μέν τι, οὐπω δὲ ἀληθὲς τι ἢ ψεῦδος, ἂν μὴ τὸ εἶναι, ἢ τὸ μὴ εἶναι προστεθῇ, ἢ ἁπλῶς, ἢ κατὰ χρόνον [d].

DE SIMPLIBVS INTERPRETATIONIBVS,

TRACTATVS II.

De nomine, CAP. II.

1 ¶ *De nomine. Definitio.* 2 *Expositio quarundam partium definitionis: id est, Cuius nulla pars significat separatim:* 3 *& Ex instituto.* 4 ¶ *De nomine infinito.* 5 ¶ *De casu nominis.*

NOMEN igitur est vox [e] significans [f] ex institutõe, sine tempore [h], cuius nulla pars significat seperatim [i]. ¶ Nam in *nomine* Καλλιππος, nihil ἵππος per se significat vt in hac oratione, καλὸς ἵππος. Sed nõ vt in nominibus simplicibus, sic *res se* habet in complexis. in illis [k] enim pars nullo modo [l] significat: in his [m] verò debet [n] quidem *aliquid significare*, [o] sed nihil *significat* separatim. vt in *vocabulo* ἐπακτροκέλης, [p] nihil [q] illud κέλης significat per se acceptum. ¶ Ex instituto autem dixi: quia nullum nomen est natura [r], sed cùm fit [s] nota.

ΟΝΟΜΑ μὲν οὖν ἐστι φωνὴ [e] σημαντικὴ [f] κατὰ συνθήκην [g], ἄνευ χρόνου [h], ἧς μηδὲν μέρος ἐστὶ σημαντικὸν κεχωρισμένον [i]. ¶ Ἐν γὰρ τῷ Καλλιππος, τὸ ἵππος οὐδὲν αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ σημαίνει, ὡς περ ἐν τῷ λόγῳ τῷ καλὸς ἵππος. οὐ μὴν οὐδ' ὥσπερ ἐν τοῖς ἁπλοῖς ὀνόμασιν, οὕτως ἔχει καὶ ἐν τοῖς συμπεπλεγμένοις. ἐν ἐκείνοις [k] μὲν γὰρ οὐδαμῶς [l] τὸ μέρος ἐστὶ σημαντικόν. ἐν δὲ τούτοις [m] βούλεται [n] μὲν [o], ἀλλ' οὐδενὸς κεχωρισμένον οἷον ἐν τῷ ἐπακτροκέλης [p] τὸ κέλης οὐδὲν [q] τι σημαίνει καθ' ἑαυτό. ¶ Τὸ δὲ κατὰ συνθήκην, ὅτι φύσει [r] μὴ ὄνομά τῳ ἐστὶν οὐδέν, ἀλλ' ὅταν γένηται [s] σύμβολον.

e Vox est materia nominis, & aliarum interpretationũ. lib. 5. de generat. ãnim. c. 7. Significatio est forma. Hominũ institutũ est efficiens.

f Hæc differẽtia separat nomen à vocibus nihil significantibus, vt clitiri: & à vocibus consignificatibus, vt præpositionibus, & conjunctionibus.

g Hæc differẽtia distinguit nomẽ à vocibus naturalibus. vide infrà, part. 4.

h Id est quæ nõ adũsignificat tẽpus. hinc fit, ut significetur nomẽ à verbo.

i Hæc postrema differẽtia seclusa dicit orationem.

k Nominibus complexis seu compositis.

l Id est nec per se significat, nec in nomine consignificati.

m Sub. pars.

n Id est, in nomine consignificare.

o Ἐπακτροκέλης (inquit Suidas) πλοῖόν τι κατὰ τὸν Νεῖλον, ὅπερ καὶ αὐτὸ πλοιάριά ἔχει. id est, Epactrocles est nauigium prædatorium inter Epactrida & celocem: quæ & ipsa sunt nauigiola.

p Epactrocles aliquid significaret, iam ἐπακτροκέλης non vnam rem significaret, sed plures; veluti nauigium prædatorium, & celocem.

q Nam si

r Vide Platonem in Cratylo.

s Ab hominibus.

ἐπὶ

ἐπεὶ δηλοῦσί γέ τι καὶ οἱ ἀγράμματοι φθορᾶς, οἷον θηρίων, ὧν οὐδέν ἐστιν ὄνομα. ¶ Τὸ δ' οὐκ αἰθεσπέσιος, οὐκ ὄνομα[a]. οὐ μὴν οὐδὲ πεῖται γε ὄνομα ὁπὸ δεῖ καλεῖν αὐτὸ· οὔτε γὰρ λόγος, οὔτε ἀποφάσεις[b] ἐστίν. ἀλλ' ἔστω ὄνομα ἀόριστον, ὅτι ὁμοίως ἐφ' ὁτουοῦν ὑπάρχει[c] τῶν ὄντος τε μὴ ὄντος. ¶ Τὸ δὲ Φίλωνος, ἢ Φίλωνι, καὶ ὅσα τοιαῦτα, οὐκ ὀνόματα, ἀλλὰ πτώσεις ὀνόματος. λόγος δ' ἐστὶν αὐτὸς[d], τὰ μὲν ἄλλα κ[e] τὰ αὐτά· ὅτι δὲ μετὰ τὸ ἔστιν, ἢ ἦν, ἢ ἔσται, οὐκ ἀληθεύει ἢ ψεύδεται, τὸ δὲ ὄνομα ἀεί, διαφέρει. οἷον Φίλωνός ἐστιν, ἢ οὐκ ἔστιν· οὐδὲν γάρ πω οὔτε ἀληθεύει, οὔτε ψεύδεται.

significant enim aliquid etiam soni illiterati, veluti belluarum, quorum nullus est nomen.

4 ¶ Non homo verò non est nomen[a]. atqui non est cõstitutum nomen, quo oporteat id appellare: quia nec est oratio, nec negatio[b]. sed esto[c] nomen infinitum: quia similiter in quouis inest[d], tam ente quàm non ente.

5 ¶ Philonis autem, aut Philoni, & cetera ciusmodi, non sunt nomina, sed casus[e] nominis. Definitio autem huius[f], quod ad cetera, est eadem *cum definitione nominis*. sed quia *coniunctum* cum *verbo* Est, vel Erat, vel Erit, non significat verũ nec falsum; quod in nomine semper fit: *id erco à nomine* differt. Vtputa Philonis est, aut nõ est. necdum enim significat verum, nec falsum.

a Sub. verum & perfectum.
b Quia non significat verũ aut falsum; & caret verbo, cum negatio nulla sit sine verbo.
c Id est, à nobis appellator. licet enim philosopho ἀνωνυμία.
d Id est, tam significat quoduis ens quàm quoduis non ens.
e Aristoteles casus appellat solos obliquos, non rectum. Stoici & grammatici casum vocant etiã rectum.
f Casus. s. nominis.
g In hac definitione, breuitatis studio, omisit ea quæ sunt communia verbo cũ nomine, & oratione. hęc autem sunt, vox significãs ex instituto.
h Aliud est significare: aliud, adsignificare. quædam nomina significant tempus, vt hora, dies, mẽsis, annus. sed proprũ verbi est, adsignificare tempus, id est, rei principaliter significatæ adiicere tempus quo ea res est. vt Currit, significat cursum qui nũc est. Currebat, significat cursum qui antea fuit. verbum igitur significat rem, & adsignificat tẽpus. adsignificat etiam connexionem quandam cum altero, quæ vltimis huius definitionis verbis explicatur. hæ duæ adsignificationes separant verbũ à nomine

De verbo, Cap. III.

1 ¶ *De verbo. Definitio.* 2 *Expositio quarundam partium definitionis: id est, Adsignificare tempus:* 3 *&, Esse notam eorum quæ de altero dicuntur.* 4 ¶ *De verbo infinito.* 5 ¶ *De casu verbi.* 6 ¶ *De copula verbali.*

1 Ῥῆμα δὲ ἐστι[g] τὸ προσσημαῖνον[h] χρόνον· οὐδὲν[i] μέρος, οὐδὲν σημαίνει χωρὶς· καὶ ἔστιν[k] ἀεὶ τῶν καθ' ἑτέρου λεγομένων σημεῖον. ¶ Λέγω δὲ ὅτι προσσημαίνει χρόνον· οἷον ὑγίεια μὲν, ὄνομα· τὸ δὲ ὑγιαίνει, ῥῆμα· προσσημαίνει γὰρ τὸ νῦν ὑπάρχειν[l]. ¶ Καὶ ἀεὶ τῶν καθ' ἑτέρου λεγομένων σημεῖόν ἐστιν· οἷον τῶν καθ' ὑποκειμένου, ἢ ἐν ὑποκειμένῳ[m] ὄντων. ¶ Τὸ δὲ οὐχ ὑγιαίνει, καὶ τὸ οὐ κάμνει, οὐ ῥῆμα λέγω· προσσημαίνει μὲν γὰρ χρόνον, καὶ ἀεὶ κατά τινος[n] ὑπάρχει· τῇ δὲ διαφορᾷ[o] ὄνομα οὐ κεῖται.

1 VErbum est[g], quod adsignificat[h] tempus, cuius[i] nulla pars significat separatim, & est[k] semper nota eorum quæ de altero dicuntur.

2 ¶ Dico autem adsignificare tempus: vtputa, valetudo est nomen: valet, verbum; adsignificat enim, nunc inesse[l].

3 ¶ Et est semper nota eorum quæ de altero dicuntur: vt eorum quæ de subiecto, vel in subiecto[m] sunt.

4 ¶ Non valet autem, & Non laborat, non voco verbum: etsi adsignificat tempus, & semper in aliquo[n] inest. Cum igitur huic differentiæ[o] non sit nomen impositum,

i Hæc differentia distinguit verbum ab oratione. ficatam cum altera re. hæc connexionis adsignificatio non satis intelligi potest extra orationem, vt philosophus ait in fine huius capitis. Cùm igitur dicimus, homo currit: aut, homo est currens: coniungimus attributum cum subiecto. i. cursum cum homine, quæ coniungendi vis est in verbo Currit, & in illa verbali copula Est.
k Id est, habet vim quandam connectendi rem verbo significatam cum altera re. hæc connexionis adsignificatio non satis intelligi potest extra orationem, vt philosophus ait in fine huius capitis. Cùm igitur dicimus, homo currit: aut, homo est currens: coniungimus attributum cum subiecto. i. cursum cum homine, quæ coniungendi vis est in verbo Currit, & in illa verbali copula Est.
l Id est, significet sanitatem, & adsignificet rẽ esse nunc.
m De subiecto dicuntur vniuersalia: in subiecto sunt accidentia: vt expositum fuit cap. 2. categor. part. 2. quod autẽ alteri attribuitur, vel est vniuersale, vel accidẽs.
n Id est, adsignificat connexionẽ rei significatæ cũ altera.
o Id est, huic voci, non valet, non laborat, differenti à verbo.

esto[a] infinitum verbum: quandoquidem in quouis ineſt tam ente quàm non ente. ¶ Similiter valebit, & valuit, non eſt verbum, ſed caſus verbi. à verbo autem differt: quoniam illud[b] adſignificat tempus præſens[c]: hoc verò *adſignificat tempus*[d] quod eſt circa præſens. ¶ Verba igitur per ſe dicta, nomina[e] ſunt, & ſignificant aliquid: nam qui dicit[g], intelligentiam imprimit[h] *in animo auditoris*, & auditor quieſcit[i]. ſed vtrùm ſit, an non ſit[k], nondum[l] ſignificat. neque[m] enim ESSE, aut NON ESSE, eſt ſignum rei[n]: nec ſi ipſum ens dixeris nudum[o]. id[p] enim nihil eſt[q]: ſed compoſitionem[r] quandam adſignificat, quam ſine compoſitis[s] non licet intelligere.

ἀλλ' ἔστω[a] ἀόριστον ῥῆμα, ὅτι ὁμοίως ἐφ' ὁτουοῦν ὑπάρχει, καὶ ὄντος καὶ μὴ ὄντος. ¶ Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ὑγιαίνει, καὶ ὑγίανεν, οὐ ῥῆμα, ἀλλὰ πτῶσις ῥήματος. διαφέρει δὲ τὸ ῥήματος ὅτι τὸ [b] μὲν ἅμα ἐστὶ παρόντα σημαίνει χρόνον. τὰ δὲ, [d] πρεῖξ. ¶ Αὐτὰ μὲν οὖν καθ' αὑτὰ λεγόμενα τὰ ῥήματα, ὀνόματά [e] τε ἐστι καὶ σημαίνει τι· ἵστησι γὰρ ὁ λέγων [g] τὴν διάνοιαν[h], καὶ ὁ ἀκούσας ἠρέμησεν[i]. ἀλλ' εἴτε ἔστιν ἢ μή[k], οὐδέπω[l] σημαίνει· οὐδὲ [m] τὸ εἶναι, ἢ μὴ εἶναι, σημεῖόν ἐστι τοῦ πράγματος[n]. οὐδὲ ἐὰν τὸ ὂν εἴπῃς αὐτὸ ψιλόν[o]. αὐτὸ [p] μὲν γὰρ οὐδέν ἐστι[q]· προσσημαίνει δὲ συνθετόν[r] τινα, ἣν ἄνευ τῶν συγκειμένων[s], οὐκ ἔστι νοῆσαι.

a Id eſt, à nobis vocatur.
b Verbum ſcilicet.
c Verbum dicitur, quod eſt modi indicatiui, temporis præſentis, cuiuſuis perſonæ & numeri: vt, curro, curris, &c. Præter hæc, reliqua omnia vocantur caſus verbi.
d Præteritum & futurum.
e Nominis vocabulum nunc latiùs accipit quàm in ſuperiori cap. id eſt pro quauis dictione ſignificante.
f Et, pro, id eſt. nam eſſe nomen, nihil aliud eſt quàm ſignificare aliquid.
g Id eſt, qui pronunciat aliquod verbum.
h Id eſt, efficit, vt auditor mente concipiat rem verbo ſignificatam.
i Quia verbum ſignificat rem certam, nō, vt verbum infinitum, incertam. Audiens ergo nomen, vel verbum, quieſcit. audiens nomen infinitū, aut verbum infinitū, non quieſcit: cùm incerta res animo ſubiiciatur.
k Id eſt, non affirmat nec negat. affirmatio ſignificat rem eſſe: negatio, non eſſe.
l Id eſt adhuc. tequàm ponatur in enunciatione & coniungatur cum nomine.
m Oſtendit nullum verbum ſignificare rem eſſe, vel non eſſe: quia ne verbum quidem ESSE aut NON ESSE, id ſignificat. Tantum enim abeſt, vt hæc per ſe accepta, ſignificent rem eſſe, vel non eſſe, vt verius ſit, ea nihil ſignificare, atque adeò non eſſe vera verba; ſed (vt in ſcholis nominantur) copulas verbales.
n Id eſt, nullam rem ſignificat.
o Ens nudum dicitur, quod nullam rem ſignificat, & deriuatur à copula verbali Sum, es, eſt. Nudum autem eſt διανοίᾳ ſeparis ab ente circa quod verſatur primus philoſophus. hoc enim ſignificat aliquid.
p Sub. Eſſe, vel Non eſſe, vel Ens.
q Id eſt, nullam rem ſignificat.
r Id eſt, habet vim coniungendi attributum cum ſubiecto.
s Id eſt, extra orationem.

DE INTERPRETATIONIBVS

COMPOSITIS, ID EST, ORATIONIBVS,

TRACTATVS III.

De oratione, CAP. IV.

1 *Definitio.* 2 *Expoſitio partium definitionis, id eſt, Significans,* 3 *Aliqua,* 4 *Ex inſtituto.* 5 *Diuiſio.* 6 *Quæ orationes prætermitti debent, & de qua agendum eſt.*

ORATIO eſt vox ſignificās[a], cuius[b] aliqua pars ſignificat ſeparatim. ¶ *Significatiuæ*, inquam, vt dictio, non vt affirmatio vel negatio[c]. Dico autem: vt homo ſignificat quidem aliquid, nō tamen *ſigni-*

ΛΟΓΟΣ δέ ἐστι φωνὴ σημαντικὴ[a], ἧς [b] τῶν μερῶν τι σημαντικόν ἐστι κεχωρισμένον. ¶ Ὡς φάσις, ἀλλ' οὐχ ὡς κατάφασις, [ἢ ἀπόφασις[c].] λέγω δ', οἷον ἄνθρωπος σημαίνει μέν τι, ἀλλ' οὐχ ὅτι

ὅτι ὄζιν, ἢ οὐκ ἔστιν[a]. ἀλλ' ἔσται κατάφασις, ἢ ἀπόφασις, ἐὰν πρόσθῃ τι[b]. ¶ Ἀλλ' οὐχ ἡ τοῦ ἀνθρώπου συλλαβὴ μία. μᾶλλον δὲ ὧν τῶν μὴ τὸ ἓν σημαντικὸν, ἀλλὰ φωνὴ ὄζι νῦν[c] μόνον[d]. ὧν δὴ τοῖς ἁπλοῖς, σημαίνει μέν τι, ἀλλ' οὐ κατὰ αὐτό, ὡς περ εἴρηται[e]. ¶ Ἔστι δὲ λόγος μὲν ἅπας σημαντικός, οὐχ ὡς ὄργανον[f] δὲ, ἀλλ' (ὡς περ εἴρηται[g]) κατὰ συνθήκην.

¶ Ἀποφαντικὸς[h] δὲ οὐ πᾶς, ἀλλ' ἐν ᾧ τὸ ἀληθεύειν ἢ ψεύδεσθαι ὑπάρχει. οὐκ ἐν ἅπασι δὲ ὑπάρχει· οἷον ἡ εὐχή, λόγος μέν, ἀλλ' οὔτε ἀληθὴς, οὔτε ψευδής. ¶ Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ἀφείδωσαν ῥητορικῆς δὲ ἢ ποιητικῆς οἰκειοτάτη ἡ σκέψις. ὁ δὲ ἀποφαντικὸς τῶν νῦν θεωρίας.

ficat esse, vel non esse[a]: sed erit affirmatio vel negatio si quid adiiciatur. ¶ At verò hominis syllaba vna non *significat*. neque enim in vocabulo Sorex, rex significat *aliquid*: sed nunc est tantùm vox. in duplicibus autẽ *vocabulis* pars significat quidem aliquid, sed non per se *accepta*, vt dictum est[e]. ¶ Iam verò omnis oratio significat, non vt instrumẽtum[f], sed (quemadmodum dictum est[g]) ex instituto.

¶ Enunciatiua[h] autem est non omnis, sed *ea* in qua inest verum vel falsum dicere. quod nõ in omnibus ineſt. vt precatio est quidem oratio, sed nec vera nec falsa. ¶ Ceteræ igitur *orationes* missæ fiant: quoniam rhetoricæ vel poeticæ magis propria est *earum* consideratio. enunciatiua autem præsentis est visionis.

a Id est, non affirmat, nec negat.
b Id est, aliquod verbum.
c Cùm accipitur per se.
d Id est, nihil significat.
e Cap 2. part. 2.
f Sub. naturale. Instrumenti appellatione intelligit rem naturalem: quia existimãtes sermonem esse naturalem, eo argumẽto vtebantur, q̃ est instrumẽtum naturalis facultatis quæ nobis ineſt, nimirũ intellectus, cuius conceptiones sermone patefiunt.
g Vbi hoc dictũ est? Adu nullibi. sed cùm in præcedentib. capitibus dixerit nomina & verba esse ex instituto, τῷ δοκεῖν dixit orationem, quæ conſtat ex verbis & nominibus, esse instituto.
h Summa breuitate vtens, simul diuidit orationem, & definit enunciationem. Oratio aut significat verum vel falsum, aut est veri & falsi expers. enunciatio est oratio significans verum vel falsum.
i Affirmatio præponitur negationi: quia quod ad vocem attinet, simplicior est: quippe cùm negatio fiat, si verbo affirmãti addatur particula Non.
k Vt, Si Sol est sub terram, dies est: Aut est dies aut nox.
l Definitio est vna oratio, non quasi vna enunciatio, sed aliãra tione, quam explicare non per-

De enunciatione, CAP. V.

1 *Diuisio enunciationis vnius.* 2 *Quomodo definitio distinguatur ab enunciatione vna:* 3 *& cur sit vna oratio.* 4 *Quibus modis vna vel plures enunciationes dicuntur.* 5 *Distinctio simplicis enunciationis a simplicibus dictionibus.* 6 *Subdiuisiones simplicis enunciationis.*

1 Ἔστι δὲ εἷς πρῶτος λόγος ἀποφαντικὸς, κατάφασις[i], εἶτα ἀποφάσεις· οἱ δ' ἄλλοι πάντες[k], συνδέσμῳ εἷς.

2 ¶ Ἀνάγκη δὲ πάντα λόγον ἀποφαντικὸν, ὁμοίως ῥήματος ἔχειν, ἢ πτώσεως ῥήματος· καὶ γὰρ ὁ τοῦ ἀνθρώπου λόγος, ἐὰν μὴ τὸ ἔστιν, ἢ ἦν, ἢ ἔσται, ἢ τι τοιοῦτον προσῇ, οὔπω λόγος ἀποφαντικός.

3 ¶ Διότι τὶ ἓν τί ὄζιν, ἀλλ' οὐ πολλά, τὸ ζῷον πεζὸν δίπουν· οὐ γὰρ δὴ τρισὶν ἑτέροις εἰρῆσθαι, εἷς ἔσται. ἔστι δ' ἄλλης τέχνης θεωρῆσαι τοῦτο.

4 Ἔστι δὲ εἷς λόγος ἀποφαντικὸς, ἢ ὁ ἓν δηλῶν[m], ἢ ὁ συνδέσμῳ εἷς[o].

PRima autem vna oratio enuncians, est affirmatio[i]: deinde negatio: reliquæ verò omnes[k] *sunt* vnæ coniunctione.

2 ¶ Sed omnem orationem enũciantem necesse *est* ex verbo esse, vel ex casu verbi. etenim hominis definitio, nisi Est, aut Erat, aut Erit, aut eiusmodi quidpiam addatur, nondum *est* oratio enuncians. ¶ Cur[l] igitur animal terreſtre bipes, est vnum quid, non multa? neque enim ideo est vna *oratio*, quia continenter pronunciatur. Sed huius rei explicatio pertinet ad aliã tractationẽ[m]. ¶ Est autẽ vna oratio enũciãs, vel quæ vnũ significat[n], vel quæ coniunctione est vna[o].

tinet ad hunc locum. m Id est ad primam philosophiam. dissoluitur enim hæc quæstio ab Aristotele lib. 6. primæ philosoph. cap. 12. o Vt, homo currit. o Vt, Aut est dies aut nox.

multæ autem, quæ *vel* multa & non vnum *significant*[a], vel conIunctione carent[b]. ¶ Ergo nomen & verbum esto dictio tantùm[c]. quoniam dici nequit, cũ, qui sic[d] aliquid voce exprimit, enunciare, siue ab aliquo sit interrogatus[e], siue non *sit interrogatus*, sed sponte[f] sua loquatur. Enunciationum autem alia est simplex, vt aliquid de aliquo[g], aut aliquid ab aliquo[h]: alia ex his constans, vt oratio quædam iam compositâ[i]. ¶ Aç simplex enunciatio est vox significans inesse[k], aliquid[l], aut non inesse, pro temporum diuisione[m].

παλλαὶ δέ, οἱ πολλὰ ἢ μὴ ἕν[a], ἢ οἱ ἀσύνδετοι[b]. ¶ Τὸ μὲν οὖν ὄνομα ἢ τὸ ῥῆμα, φάσις ἔστω μόνον[c]· ἐπειδὴ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, οὕτω[d] δηλοῦν τὰ πῇ φωνῇ, ὡς τὸ ἀποφαίνεσθαι, ἢ ἐρωτῶντός[e] τινος, ἢ μὴ, ἀλλ' αὐτὸ θεσαμερεύμενον· τούτων δ', ἡ μὲν ἔστιν ἁπλῆ ἀποφανσις, οἷον τι κατὰ τινος, ἢ τι ἀπὸ τινος[h]. ἡ δέ, ἐκ τούτων συγκειμένη, οἷον λόγος τις ἤδη συνθετος[i]. ¶ Ἔστι δὲ ἁπλῆ ἀποφανσις, φωνὴ σημαντικὴ περὶ τοῦ ὑπάρχειν[k] τί, ἢ μὴ ὑπάρχειν, ὡς οἱ χρόνοι διήρηνται[m].

a Vt, Canis mouetur. nam canis fera significat, vt dus, animal quadrupes, & piscẽ.
b Vt, Tibi gratulor: mihi gaudeo: te amo: tua tuor.
c Nõ habẽs vim affirmãdi vel negandi.
d Id est, simplici vocabulo vtens, nempe nomine aut verbo.
e Qui interrogatus respõdet, videtur vno vocabulo enunciare. non tamen enunciat, nisi quidẽ rogatẽ supplicatur, repetitum ex interrogatione. vt, Quis legit? Socrates. sub. legit. Item, Quid facit Socrates? legit. sub. Socrates.
f Αὐτοπροσώπως hoc loco accipio pro sponte, quamuis ea ἐστὶ propriè loquendo differat à ἑκουσίῳ.
4 Quid sit.
taneo vt species à genere, vt intelligere licet ex 3. rhet. Nicomach. c. 1. quoniam φωνὴ significatiuo nõ conuenit huic loco.
g Id est simplex affirmatio, vt, Socrates est.
h Id est simplex negatio, vt, Socrates non est.
i Vt, Cùm est dies, nõ est nox.
k Significans inesse. i. affirmans. Significans non inesse. i. negans.
l Id est, attributum.
m Id est, collata ad tempus præteritum, vt, Socrates currebat: aut præsens, vt, Socrates currit: aut futurum, vt, Socrates curret.
n Attributi.
o Subiecto.
p Hæc est falsa negatio.
q Falsa affirmatio.

De affirmatione, & negatione, & contradictione,

Cap. VI.

1 ¶ *Quid sit affirmatio.* 2 ¶ *Quid sit negatio.* 3 ¶ *De contradictione. Aristot.*

Affirmatio est enunciatio[r] alicuius[n] de aliquo[o]. ¶ Negatio est enunciatio alicuius ab aliquo. ¶ Quia verò quod est, dici potest[p] non esse[q]. & quod non est, esse[q]: & quod est, esse[r]. & quod nõ est, nõ esse[r]: itidémque in tẽporibus[s], quibus præsens est interiectum: idcirco quodcumque aliquis affirmauerit, negari[t] & quod quis negauerit, affirmari potest. quare perspicuum est, omni affirmationi esse negationem oppositam, & omni negationi affirmationem. ¶ Atque hoc esto contradictio, affirmatio & negatio opposita[u].

Κατάφασις δέ ἐστιν ἀπόφανσις τινὸς[n] κατά τινος[o]. ¶ Ἀπόφασις δέ ἐστιν ἀποφανσις τινος ἀπό τινος. ¶ Ἐπεὶ δ' ἔστι καὶ τὸ ὑπάρχον ἀποφαίνεσθαι ὡς μὴ ὑπάρχον[p], καὶ τὸ μὴ ὑπάρχον ὡς ὑπάρχον[q], καὶ τὸ ὑπάρχον ὡς ὑπάρχον[r], καὶ τὸ μὴ ὑπάρχον ὡς μὴ ὑπάρχον[r], καὶ περὶ τοὺς ὄντος δὲ τὸ νῦν χρόνους· ὥσαύτως ἅπαν ἀνάγκαιον, καὶ ὃ κατέφησε τις, ἀποφῆσαι· ὃ δ' ἀπέφησε [τις], καταφῆσαι. ὥστε δῆλον, ὅτι πᾶσῃ καταφάσει ἔστιν ἀποφασις ἀντικειμένη· καὶ πάσῃ ἀποφάσει, κατάφασις. ¶ Καλέσω τοίνυν τὴν μὲν ἀντίφασιν, κατάφασιν καὶ ἀπόφασιν ἀμφοτέρων ἀντικειμένην. ¶ Λέγω δὲ ἀντικεῖσθαι τὰ αὐτὰ, καὶ τὰ αὐτὰ, μὴ ὁμωνύμως δέ, ἢ ὅσα ἄλλα τοῖς τοιούτοις διορίζομεθα[u] πρὸς τὰς σοφιστικὰς ἐνοχλήσεις.

r Vera affirmatio. s Vera negatio. t Præterito, & futuro. u Lib. 1. Elenchor. cap. 5.

DE ENVNCIATIONIBVS SINE MODO,

TRACTATVS IV.

De enunciationibus vniuersalibus, particularibus, indefinitis, & singularibus, CAP. VII.

1 ¶ *Quæ sint enunciationes contrariæ, vel contradicentes. Protheoria.* 2 *De vniuersalibus contrariis.* 3 *De indefinitis.* 4 *Notam vniuersalem, Omnis, vel Nullus, non posse adiungi attributo.* 5 *De enunciationibus contradicentibus.* 6 ¶ *Regulæ ad secernendum verum à falso. De contrariis.* 7 *De subcontrariis.* 8 *De vniuersali & particulari contradicentibus.* 9 *De singularibus.* 10 *De indefinitis.*

ΕΠΕΙ δ' ὅτι τὰ μὲν καθόλου πρὸς ἄλληλά ἐστιν ἀντικείμενα· τὰ δὲ, καθ' ἕκαστον· (λέγω δὲ καθόλου μὲν, ὃ ὅτι πλείοσιν ὑπάρχειν πέφυκε καταγορεύεσθαι· καθ' ἕκαστον δὲ, ὃ μὴ· οἷον, ἀνθρωπος μὲν, πρὸς καθόλου· Καλλίας δὲ, πρὸς καθ' ἕκαστον) ἀνάγκη δὲ ἀποφαίνεσθαι ὡς ὑπάρχει τι ἢ μὴ, ὅτε μὲν πρὸς καθόλου τινὶ, ὅτε δὲ πρὸς καθ' ἕκαστον:

¶ Ἐαὶ μὲν οὖν καθόλου ἀποφαίνηταί τις ὅτι τὸ καθόλου ὅτι ὑπάρχει, ἢ μὴ· ἔσονται αὗται ἐναντίαι· αἱ δὲ ἀποφάσεις. λέγω δὲ ὅτι τὸ καθόλου ἀποφαίνεσθαι καθόλου οἷον, πᾶς ἄνθρωπος λευκός, οὐδεὶς ἄνθρωπος λευκός. ¶ Ὅταν δὲ ὅτι πρὸς καθόλου μὲν, μὴ καθόλου δὲ αὗται μὲν οὐκ εἰσὶν ἐναντίαι· τὰ μὲν τοι ἀληθοῦ μέρια, ἔστιν εἶναι ποτε ἐναντία. λέγω δὲ τὸ μὴ καθόλου ἀποφαίνεσθαι ὅτι πρὸς καθόλου· οἷον, ἔστι λευκὸς ἄνθρωπος, οὐκ ἔστι λευκὸς ἄνθρωπος· καθόλου γὰρ ὄντος τοῦ ἀνθρωπος, οὐκ ὡς καθόλου κέχρηται τῇ ἀποφάσει τὸ δὲ πᾶς, οὐ τὸ καθόλου σημαίνει, ἀλλ' ὅτι καθόλου. ¶ Ἐπὶ δὲ τοῦ κατηγορουμένου καθόλου, τὸ καθόλου καταγορεῖν, οὐκ ἔστιν ἀληθές·

SVONIAM autem rerum aliæ, sunt vniuersales, aliæ singulares: (vniuersale appello, quod suapte natura multis attribuitur, singulare, quod non *attribuitur*. vt homo est res vniuersalis: Callias, singularis) necesse *est* enunciare, aliquid inesse aut non *inesse* interdum rei vniuersali, interdum rei particulari.

¶ Si quis igitur vniuersaliter[a] de re vniuersali enunciet *aliquid* inesse aut non *inesse*: erunt hæ contrariæ[b] enunciationes. Dico autem de re vniuersali vniuersaliter enunciare: veluti, omnis homo *est* albus, nullus homo *est* albus.

¶ At cùm de *rebus* vniuersalibus non vniuersaliter[c] *enunciatur*: hæ non sunt contrariæ: quæ verò significantur[d], possunt aliquando[e] esse contraria. Dico autem, non vniuersaliter enunciare de rebus vniuersalibus, veluti, est albus homo, non est albus homo. cùm enim homo sit res vniuersalis, non quasi vniuersali vtitur *in* enunciatione: etenim omnis[f], non rem vniuersalem significat, sed vniuersaliter *subiectum accipi ostendit*. ¶ Attributum autem vniuersaliter si vniuersaliter attribuatur, non est verum *pronunciatum*.

a Id est adiecta nota vniuersali (σημειωμένοις Græci vocãt) Omnis, vel, nullus.

b Cõtraria nãq; sunt quæ cùm sint ex eodem genere, plurimum inter se distãt. tales verò sunt huiusmodi enunciationes. magis enim distant vniuersales affirmatio & negatio, quàm vniuersalis & particularis. Præterea cõtraria possunt simul abesse à subiecto, non simul inesse. vt corpus potest esse nec album nec nigrum, sed rubeum vel viride sed nõ potest simul esse album & nigrum, similitérque hæ enũciationes possunt simul esse falsæ, sed non simul veræ, vt Aristoteles docebit in 5. partic. huius cap.

c Id est nõ adiecta nota vniuersali, omnis, nullus: nec particulari, aliquis, non omnis.

d Id est ea quæ animo concipiuntur qui pronunciant enunciationẽ indefinitam.

e Id est cùm quis indefinitam accipit pro vniuersali: quod sæpe fit ab auctorib. vt cùm Aristotel. 3. ethic. Nicom. cap. 2. ita arguit, Opinio est circa omnia, ergo prorsus non est opinio. quo loco nisi antecedẽs vniuersaliter acciperetur, argumentum nullam vim haberet.

f Idem dicẽdum est de nota, nullus.

a Aut attribuũ intelligatur quidem subiectum, aut eum eo reciprocetur. Cùm latiùs patet, certum est subiõ opponi nonnunquam vniuersalẽ attributo: falsũ enim dicerur omnem hominem esse omne animal: nisi homo sit & equus, & bos, & quoduis aliud animal. Cum reciprocatur, dubitari potest, an verè dicatur omnem hominẽ esse omne rationis & prudẽtiæ, & omnem hominem esse omne aptum ad ridendum. Quod attamẽ hoc etiam falsũ dicitur quia quod dicitur de omni homine, dici etiã potest de Socrate, & de asino. Homo est risibile: ergo & asinus est risibilis. Homo est aptus ad ridendũ, & Socrates est homo: ergo Socrates est aptus ad ridendũ. Quare & asinus est aptus ad ridendũ. Quæ quidem absurdè dicũtur, quia nemo nouit.

b Contrariæ.

c Sed possiunt esse simul falsæ: aut vna vera, altera falsa. In materia necessaria, affirmatio est vera, negatio falsa: vt, Omnis homo est animal, nullus homo est animal. In materia impossibili, affirmatio est falsa: negatio vera: vt, Omnis homo est lapis, nullus homo est lapis. In materia contingẽti, vtraque est falsa: vt, Omnis homo est albus, nullus homo est albus. d Id est, partes partes subcõtrarias, quæ cõtradicunt vniuersalibus sibi inuicẽ cõtrariis. Ni particularis affirmatio cõtradicat vniuersali negationi, & particularis negatio vniuersali affirmationi. e Id est, in materia cõtingenti, vt in exemplo quod Aristoteles subiicit in contextu. In materia autem necessaria, affirmatio est vera, negatio falsa: vt, quidam homo est animal, non omnis homo est animal. In materia impossibili, affirmatio est falsa, negatio vera: vt, Omnis homo est lapis, nullus homo est lapis. f Id est, quando contradicentium altera est vniuersalis, altera particularis: vt, Omnis homo est iustus, non omnis homo est iustus: item, Nullus homo est iustus, aliquis homo est iustus. g Id est, indefinitarum. Obseruandum est has enunciationes indefinitas, homo currit, homo non currit, vocari contradicentes, has verò particulares, quidam homo currit, quidam homo non currit, non appellari contradicentes, sed subcontrarias. Cur ita variẽ? Quia vni affirmationi vna negatio contradicit, & vni negationi vna affirmatio, vt iuõ seq. ca. declarabitur. Quare cùm particulari affirmãti cõtradicat vniuersalis negans, non est dicendum ei similiter contradicere particularem negantem. & cùm particulari neganti contradicat vniuersalis affirmans, non est dicendum ei contradicere particularem affirmantem, alioquin essent duæ contradicentes. Indefinitę autem affirmanti contradicit indefinita negans: quia nisi hæc contradiceret, nulla contradiceret. nos verò ex cap. 6. dicimus omni enunciationi aliquam contradicere. h Nam in materia contingenti, vtraque est simul vera, vt in exemplis ab Aristotele propositis in cõtextu. In materia autem necessaria, affirmatio est vera, negatio falsa: vt, homo est animal, homo non est animal. In materia impossibili, affirmatio est vera, negatio falsa: vt homo est lapis, homo non est lapis.

nulla[a] enim affirmatio vera erit, in qua, cùm attributum sit vniuersale, vniuersaliter attribuitur, vt, Omnis homo est omne animal. ¶ Dico igitur affirmationem negationi opponi contradictorie, *id est eam*, quæ rem vniuersalem significat *vniuersaliter*, ei quæ eandẽ *significat* non *esse* vniuersaliter *accipiendam*. vt, Omnis homo *est* albus, non omnis homo *est* albus: nullus homo *est* albus, quidam homo est albus. Contrariè autem, rei vniuersæ affirmationem & rei vniuerſę negationem vt, Omnis homo *est* iustus, nullus homo *est* iustus. ¶ Idcirco hæ[b] non possunt esse simul veræ[c]. ¶ His autem oppositas[d] contingit aliquando in eodem simul veras esse: veluti, non omnis homo *est* albus, & quidam homo est albus. ¶ Quæcumque igitur *rerum* vniuersalium contradictiones sunt vniuersaliter,[e] *earum* necesse *est* alteram esse veram vel falsam. ¶ Et quæcumque sunt de *rebus* singularibus: vt, Socrates est albus, Socrates non est albus. ¶ At *earum*[g] quæ sunt de rebus vniuersalibus, non tamen vniuersaliter, non semper[h] altera est vera, altera falsa. Nam simul verè dicitur, est homo albus, & homo non est

οὐδεμία[a] γὰρ κατάφασις ἀληθὴς ἔσται, ἐν ᾗ τὸ κατηγορούμενον καθόλου, τὸ καθόλου κατηγορεῖται· οἷον, ἔστι πᾶς ἄνθρωπος πᾶν ζῷον. ¶ Ἀντικεῖσθαι μὲν οὖν κατάφασιν ἀποφάσει λέγω ἀπόφασιν κατάφασις τὸ καθόλου σημαίνουσαν τῇ ἀποφάσει ὅτι οὐ καθόλου· οἷον, πᾶς ἄνθρωπος λευκός, οὐ πᾶς ἄνθρωπος λευκός· οὐδεὶς ἄνθρωπος λευκός, ἔστι τις ἄνθρωπος λευκός· ἐναντίως δὲ, τῷ τὸ καθόλου κατάφασιν, καὶ τῷ τὸ καθόλου ἀπόφασιν· οἷον, πᾶς ἄνθρωπος δίκαιος, οὐδεὶς ἄνθρωπος δίκαιος. ¶ Διὸ ταύτας[b] μὲν οὐκ οἷόν τε ἅμα ἀληθεῖς[c] εἶναι. ¶ Τὰς δὲ ἀπεκειμένας[d] ταύταις, ἐνδέχεται ποτὲ[e] ὅτι τῷ αὐτῷ συναληθεύειν· οἷον, οὐ πᾶς ἄνθρωπος λευκός, καί, ἔστι τις ἄνθρωπος λευκός. ¶ Ὅσαι μὲν οὖν ἀποφάσεις καθόλου εἰσὶ τῶν καθόλου, ἀνάγκη τὴν ἑτέραν ἀληθῆ εἶναι ἢ ψευδῆ. ¶ Καὶ ὅσαι ὅπου τῶν καθ' ἕκαστα[f] οἷον, ἔστι Σωκράτης λευκός, οὐκ ἔστι Σωκράτης λευκός.

¶ Ὅσαι[g] δὲ ὅπου τῶν καθόλου μέν, μὴ καθόλου δὲ ὑπ' ἀεὶ[h] ἢ μὴ μέν, ἀληθεῖς· ἢ δὲ, ψευδεῖς. ἅμα γὲ ἀληθεῖς ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι ἔστιν ἄνθρωπος λευκός, καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος

λευκὸς

λευκός· καὶ, ἔστιν ἄνθρωπος καλός, καὶ, οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος καλός. εἰ δὲ αἰσχρός, καὶ ὁ καλός. καὶ εἰ γίνεταί τι, καὶ οὐκ ἔστι[a]. δύξειε δ' ἂν ὄξαφνης ἄτοπον εἶ[b], ὅδε τὸ φαίνεσθαι[c] σημαίνειν [ταὐτὸν] τὸ κἂν ἔστιν ἄνθρωπος λευκός, ἅμα καὶ τὸ οὐδεὶς ἄνθρωπος λευκός. τὸ δὲ οὔτε ταυτὸν σημαίνει, οὔθ' ἅμα[d] ὄξ ἀνάγκης.


albus. item homo est pulcher, &, nō est homo pulcher. etenim si turpis est, non est pulcher. & si quid fit, nondum est[a]. statim autem videri potest absurdum esse[b]: propterea quòd videtur[c] idem significare hoc *effatum*, non est homo albus: simúlque hoc, nullus homo *est* albus. sed nec idem significat, nec simul[d] necessariò *est*.

a Ve quod fit pulchrum, nondum est pulchrum: nō si iam esset, non fieret.

b Sub. quod dixi mus, indefinitas esse simul veras.

c Enunciatio indefinita videtur esse vniuersalis, quia habet subiectum vniuersale. sed non est vniuersalis, quia caret vniuersali nota, omnis, vel nullus.

d Non necesse est vniuersalem & indefinitam esse simul veras, non est etiam necesse, eas esse simul falsas. sed fieri potest vt vniuersalis sit falsa, & indefinita vera: vt, omnis homo currit, homo currit.



De enunciatione vna vel pluribus, CAP. VIII.

1 ¶ Vnam negationem vni affirmationi opponi. Probatio. 2 Expositio exemplo. 3 Ejusdem. 4 Quæ sint enunciationes vnæ. 5 Quæ non sint enunciationes vnæ, sed multæ, quia multa significant. 6 ¶ Regula harum enunciationum multa significantium.

PErspicuum autem est vnam[1] negationem vnius affirmationis fore. idem[a] enim oportet negationem negare, quod affirmatio affirmauit: & ab eodē[b] id est vel *ab* aliquo particulari, vel *ab* aliquo vniuersali siue vniuersaliter[c], siue non vniuersaliter[d] *accepta*. [d] dico autē, vt, Socrates est albus, Socrates non est albus. quòd si aliud quid ab eodem, vel ab alio idem[e]: non erit opposita, sed diuersa ab illa[f]. ¶ Huic[2] verò *enunciationi*, omnis homo *est* albus, *opponitur* hęc, Non omnis homo *est* albus. & huic, quidam homo *est* albus, hæc, nullus homo est albus. itē huic, est homo albus, hæc, non est homo albus. ¶ Vnam igitur affirmationi[3] negationem vni negationi contradicto rię opponi, & quænam sint hæ, dictum est[h]. item alias[i] esse contrarias, & quænam sint hæ, dictū est[k]. ac[l] non omnem[m] contradictionem esse veram vel falsam[n], & cur[o]. & quando[p] *si*: vera vel falsa.

¶ Vna autem affirmatio & negatio *est*, quæ vnum de vno significat: siue *subiectum* sit vniuersale vniuersaliter *acceptum*, siue non[q], similiter[r]. vt, omnis homo est albus, non omnis homo albus est. est homo albus, non est homo albus. nullus homo est albus, est aliquis homo albus: si album vnam rem significat. ¶ Sin autem duabus[4] *rebus* vnum nomē impositū sit, ex quibus nō sit vnū[s]: nō *est* vna affirmatio, nec vna negatio. vt si quis nomē vestis imponat equo & homini: hæc nō *erit* vna affir-

Ἀπεὸν δὲ, ὅτι καὶ μία κατάφασις μιᾶς καταφάσεως ἔσται τὸ αὐτὸ δεῖ κατηφῆσαι τὴν κατάφασιν, ὅπερ κατέφησεν ἡ κατάφασις, ἢ κατὰ ἀπὸ ἢ τῷ καθ' ἑκάστου τινός, ἢ κατὰ τῷ καθόλου πρὸς ἢ ὡς καθόλου, ἢ ὡς μὴ καθόλου. λέγω δὲ, οἷον, ἔστι Σωκράτης λευκός, οὐκ ἔστι Σωκράτης λευκός. ἐὰν δὲ ἄλλο τι κατὰ τοῦ αὐτοῦ ἢ ἀπ' ἄλλου τὸ αὐτὸ κατὰ ἢ ἀπὸ κειμένου, ἀλλ' ἔσται ἐναντία τάχα. ¶ Τῇ δὲ, πᾶς ἄνθρωπος λευκός, οὐ πᾶς ἄνθρωπος λευκός· τῇ δὲ, τὶς ἄνθρωπος λευκός, οὐδεὶς ἄνθρωπος λευκός. τῇ δὲ, ἔστιν ἄνθρωπος λευκός, οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος λευκός. ¶ Ὅτι μὲν οὖν μία κατάφασις μιᾶς κατάφασει αὐτικειται ἀπλῶς, καὶ τίνες εἰσὶν αὗται, εἴρηται· καὶ ὅτι αἱ ἐναντίαι ἄλλαι, καὶ τίνες εἰσὶν αὗται, εἴρηται· καὶ ὅτι οὐ πᾶσα ἀληθὴς ἀπόφασις ἢ ψευδής, καὶ ἀεὶ τὸ μὲν, καὶ ποτὲ ἀληθὴς ἢ ψευδής. ¶ Μία δὲ ὅτι κατάφασις καὶ κατάφασις, ἢ ἓν καθ' ἑνὸς σημαίνουσα, ἢ καθόλου ὄντος [ὡς] καθόλου, ἢ μή, ὁμοίως· οἷον, πᾶς ἄνθρωπος λευκός ἐστιν, οὐ πᾶς ἄνθρωπος λευκός ἐστιν· ἔστιν ἄνθρωπος λευκός, οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος λευκός· οὐδεὶς ἄνθρωπος λευκός ἐστιν, ἐστί τις ἄνθρωπος λευκός· εἰ τὸ λευκὸν ἓν σημαίνῃ. ¶ Εἰ δ' ὑποῦν ἓν ὄνομα κεῖται, ἐξ ὧν μὴ ἔστιν ἓν, οὐ μία κατάφασις, οὐδὲ μία κατάφασις. οἷον, εἴτις θείτο ὄνομα ἱματίῳ ἵππῳ καὶ ἀνθρώπῳ· ὅτι ἔστιν ἱμάτιον λευκόν, αὖτον ἢ μία κατά-

a Sub. attributis.
b Sup. subiecto.
c Id est, adiecta nota vniuersali, omnis, nullus.
d Id est, indefinite.
e Id est, si negatio ab affirmatio ne differat attributo vel subiecto
f Vt, homo curret, equus nō curret, non sunt oppositæ, sed diuersæ enūciationes.
g Proponit exempla oppositarum enunciationum definitarum, & indefinitarum, & omittit singulares, quarum exemplum proposuerat in 3. præced. partic.
h Supra, hoc capite. vers. 5 Nempe affirmatiuam & negatiuam vniuersales.
k Cap. præced. parte 2.
l Quæ sequuntur, exposita fuerunt cap. præced. part. vlt.
m Quia indefinitæ contradictentes simul verę esse possunt.
n Id est, non omnis contradictionis alteram partem est verā, alteram falsam.
o Quia scilicet indefinitæ nō cōparantur vniuersalibus, sed particularibus.
p Vera vel falsa est contradictio, id est, altera pars est vera, altera falsa, cum enunciationes suæ de finitæ, aut singulares.
q Id est, siue sit indefinitum.
r In hoc simili est ratio vniuersalium & indefinitarum.
s Id est, ita vt sit vocabulum homonymū, quod non significet naturam vnā multis communem.

φασις, ἡ δὲ ἀπόφασις μία. οὐδὲν γὰρ διαφέρει τοῦτο τοῦ εἰπεῖν, ὅτι ἔστιν ἄνθρωπος οὐκ ἄνθρωπος λευκός. τοῦτο δὲ οὐδὲν διαφέρει τοῦ εἰπεῖν, ἔστιν ἄνθρωπος οὐκ ἄνθρωπος λευκός. εἰ οὖν αὗται πολλὰ σημαίνουσι, δῆλον ὅτι καὶ ἡ κατάφασις ἔσται πολλαὶ· δῆλον δὲ καὶ ὅτι ἑνὸς μὲν καὶ ἁπλοῦ ἐνδέχεται τὸ αὐτὸ κατηγορεῖσθαι καὶ ἀποφάσκεσθαι· ὥστε καὶ τὸ ἄνθρωπος ἵππος καὶ τὸ οὐκ ἄνθρωπος οὐκ ἵππος ἑνὸς ἂν εἴη καὶ ἁπλοῦ. ἀλλὰ μὴν ἀνάγκη γε τὸν ἀληθεύοντα ἢ φάσκοντα ἢ ἀποφάσκοντα ἁπλῶς ἐπὶ τοῦ ἑνὸς καὶ ἁπλοῦ ἢ τὸ αὐτὸ ἢ τὸ ἐναντίον ἀληθεύειν ἢ ψεύδεσθαι· ἐπὶ δὲ τῶν πολλαχῶς λεγομένων, ἢ μὴ ἑνὸς ὄντος ἢ μὴ ἁπλοῦ, οὐκέτι ἀνάγκη· ἐπὶ τούτων γὰρ ἀληθεύειν μὲν καὶ ψεύδεσθαι ἀνάγκη, οὐ μὴν ἁπλῶς γε οὐδὲ τὸ αὐτὸ ἢ τὸ ἐναντίον. ἐπὶ δὲ τῶν ἁπλῶς ἐνδέχεται μὲν καὶ ἀληθεύειν καὶ ψεύδεσθαι, οὐ μὴν ἁπλῶς γε οὐδὲ τὸ αὐτὸ ἢ τὸ ἐναντίον. ἐπὶ δὲ τῶν ἐνδεχομένων καὶ μὴ ἐνδεχομένων, οὐχ ὁμοίως. ¶ Ἐπὶ μὲν οὖν πάσης καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως ἀληθοῦς, καὶ ψευδοῦς· καὶ ἅπαν ἀνάγκη ὑπάρχειν, ἢ μὴ ὑπάρχειν. εἰ οὖν ὁ μὲν φήσει ἔσεσθαί τι, ὁ δὲ μὴ φήσει τὸ αὐτὸ τοῦτο· δῆλον ὅτι ἀνάγκη ἀληθεύειν τὸν ἕτερον αὐτῶν, εἰ πᾶσα κατάφασις ἢ ἀπόφασις ἀληθής, ἢ ψευδής. ἄμφω γὰρ οὐχ ὑπάρξει

matio, vestis est alba: nec vna *erit eius* negatio. perinde est enim ac si dicatur, est homo & equus albus: quod idē valet ac si dicatur, est homo albus, & est equus albus. Ergo si hæ enunciationes multa significant, & sunt multæ: perspicuum *est* etiam primā[a] vel multa[b] vel nihil[c] significare: quia nō est aliquis homo equus.

6 ¶ Quare nec in his[d] necesse *est* alterum contradicētem esse veram, alterum falsam[e].

a Nēpe, vestis est alba.
b Si vestis accipiatur pro homine, & pro equo.
c Si vestis ita accipiatur quasi vnam rem significet: quia vestis accipiebatur ꝓ homine equo. at homo equus nō est vna res, sed nihil. d Id est, in affirmationib. & negationib. quarū subiectum vel attributum est homonymum.
e Possunt enim esse simul veræ vt omnis vestis (i homo) est rationalis, nō omnis vestis (i. equus) est rationalis: vel simul falsæ, vt in iisdem exēplis, si vestis in affirmatione accipiatur ꝓ equo, in negatione pro homine.

De enunciationibus singularibus in futurum collatis, Cap. IX.

1 ¶ *Quæstio.* 2 ¶ *Protheoria, & refutatio primæ opinionis, nūquā vtrāque partē contradictionis esse veram.* 3 *Confirmatio secundæ opinionis. Ratio prima à contradictoriis ad contradictionem.* 4 *Ratio altera à tempore præsenti.* 5 *Refutatio tertiæ opinionis, h.e. neutrā partē contradictionis esse veram. Ratio prima ducens ad incōmodū, quia vtraque pars esset falsa.* 6 *Ratio altera ducens ad alterum incommodum, quia nihil esset quod vtrouis modo contingeret.* 7 ¶ *Confutatio secundæ opinionis, per deductionē ad incōmodum: quia hæc opinio tollit contingentia vtrolibet modo, proinde reddit inanes cōsultationes & actiones nostras. Hypothesis.* 8 *Probatio cōsecutionis.* 9 *Tacitæ solutionis refutatio.* 10 *Destructio consequentis.* 11 *Destructio antecedentis.* 12 ¶ *Solutio rationum adductarum pro secunda opinione. ac primum solutio rationis adductæ in partic. sexta.* 13 *Solutio rationis allatæ in partic. quinta.* 14 ¶ *Quarta opinio, quæ Aristoteli probatur.*

Ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ὄντων καὶ γεγονότων, ἀνάγκη τὴν κατάφασιν ἢ τὴν ἀπόφασιν ἀληθῆ ἢ ψευδῆ εἶναι[f]. ἔστω μὲν γὰρ καθόλου ὡς καθόλου[g], ἀεὶ τὸν μὲν ἀληθῆ ἢ ψευδῆ εἶναι. ἔστω δὲ καθ' ἕκαστα ὡς περ εἴρηται[h]. ὅτι ὁ μὲν καθόλου μὴ καθόλου λεχθέντων, οὐκ ἀνάγκη. εἴρηται δὲ καὶ πρότερον. ἔστω δὲ καθ' ἕκαστα καὶ μελλόντων, οὐχ ὁμοίως[i]. ¶ Ἐπὶ μὲν πάσης καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως ἀληθοῦς, καὶ ψευδοῦς· καὶ ἅπαν ἀνάγκη ὑπάρχειν, ἢ μὴ ὑπάρχειν. εἰ οὖν ὁ μὲν φήσει ἔσεσθαί τι, ὁ δὲ μὴ φήσει τὸ αὐτὸ τοῦτο· δῆλον ὅτι ἀνάγκη ἀληθεύειν τὸν ἕτερον αὐτῶν, εἰ πᾶσα κατάφασις ἢ ἀπόφασις ἀληθής, ἢ ψευδής. ἄμφω[o] γοῦν οὐχ ὑπάρξει

In iis igitur quæ sunt, & quæ facta sunt, necesse *est* affirmationem & negationem verā vel falsam esse[f]. & in vniuersalibus quidem vniuersaliter *acceptis*[g] semper alterā esse veram, alteram falsam: necnon in singularibus, vt dictum fuit[h], in vniuersalibus autē nōn vniuersaliter sumptis, non *est* necesse: ac de his quoque dictum fuit[i]. in singularibus autem futurisque, non similiter[k].

¶ Nam si[m] omnis affirmatio vel negatio est vera vel falsa: omnia necesse est esse, aut non esse. si quis enim aliquid fore dicat, alter idipsum neget: *profectò* necesse est, alterum eorum verè dicere, si *modò* omnis affirmatio vel negatio est vera vel falsa. vtraque[o] enim simul non

f Non est sensus affirmationem & negationē esse simul veram aut simul falsam: sed, alteram esse veram, alteram falsam.
3 ¶ Πρὸς δὲ τούτοις, οὐδεὶς οἴεται δοξάζειν, ὅταν οἴηται ἀδύνατον ἄλλως ἔχειν, ἀλλ' ὁπόταν δοξάζῃ. ἀλλ' ὅταν εἶναι μὲν οὕτως, οὐ μέλλῃ ἄλλα ἃ ἄλλως· οὐδὲν κωλύει τότε δοξάζειν. ὡς τῷ μὲν τοιούτου[e] δόξαν ἀναγκαίου, ὁπτικὴν μέλλῃ.

4 ¶ Πῶς οὖν οὐκ ἔστι τὸ αὐτὸ δοξάσαι καὶ ὁπτικὴν. ¶ Καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν ἡ δόξα ὁπτικὴν, εἰπερ ἅπαν ὃ οἶδεν ἐνδέχεται δοξάζειν; ἀκολουθήσει γὰρ ὁ μὲν εἰδὼς, ὃ δὲ δοξάζων, ὅτι τὸ μέσον, ἕως εἰς τὸ ἄμεσα ἐλθῃ. ὥστ' ἔπαρ ἐκεῖνος οἶδε, καὶ ὁ δοξάζων οἶδεν. ὥσπερ γὰρ καὶ τὸ ὅτι δοξάζειν ἔστι, καὶ τὸ διότι. τοῦτο δὲ τὸ μέσον.

5 ¶ Ἢ εἰ μὲν οὕτως ὑπολήψεται τὰ μὴ ἐνδεχόμενα ἄλλως ἔχειν, ὡς περ ἔχειν τοῖς ὁρισμοῖς, εἰ ὧν αἱ ἀποδείξεις· οὐδὲ δοξάσει, ἀλλ' ὁπτικήσεται; εἰ δ' ἀληθῆ μὲν ἔστι, οὐ μέλλει τοι ταῦτα γε αὐτοῖς ὑπάρχειν κατ' οὐσίαν καὶ τὸ εἶδος, δοξάζει, καὶ οὐκ ὁπτικήσεται ἀληθὲς, καὶ τὸ ὅτι, καὶ τὸ διότι, ἐὰν μὲν ἄμεσα δοξάσῃ; ἐὰν δὲ

liter *se* habere, quæ possunt aliter *se* habere) sed neque intelligentiam, (voco enim intelligentiam, principium scientiæ[a]) nec scientiam indemonstrabilē. hæc autem est existimatio propositionis immediatæ) at qui veraest intelligentia, & scientia, & opinio[b], & quod per hæc dicitur[c]: quamobrem restat, vt opinio sit circa id quod est quidem verum, aut falsum, sed potest etiam aliter *se* habere. talis[d] est existimatio immediatæ propositionis & non necessariæ. ¶ Atque hoc *est* consentaneū iis quæ apparent. nā opinio est res inconstans, & natura eius est ciusmodi.

¶ Præterea nemo putat *se* opinari, sed scire, cùm putat *rem* non posse aliter *se* habere. cùm autem putat *rem* ita esse, verùm aliter quoque *esse posse*: tunc nihil prohibet quo minùs opinetur. quasi talis[e] rei sit opinio, necessaria verò scientia.

¶ Quomodo igitur non licet idē opinari & scire? ¶ Et cur opinio non est scientia, si quis posuerit, quodcumque nouit, de eo opinionem haberi posse? persequetur enim media, & qui scit, & qui opinatur, donec ad immediata peruenerit. quare si ille nouit: etiam qui opinatur, nouit. vt enim licet opinari quòd sit, *ita* etiam cur *sit*. hoc autē est me diū. ¶ An si ita existimabit quæ nō possunt aliter *se* habere, vt *existimet se* habere definitiones per quas demonstrationes *conficiuntur*: non opinabitur, sed sciet? Si verò *existimabit* vera quidem esse, non tamen hæc ipsis inesse secundum essentiā & secundum formam: verè opinabitur, nō autē sciet, & quòd *sit*, & cur *sit*. si per immediata opinatus fuerit? si ve-

[a] Cognitionem axioma tum.
[b] Omittit prudentiam, & artē: quia illa pertinet ad actionē, hæc ad effectionem: nunc autē loquitur de his quæ in contemplatione spectātur. Omittit etiā scientiam, quia sapientia nihil aliud est quàm cognitio composita ex intelligentia & scientia, vt explicatur lib. 6. Ethic. Nicom. cap. 7.
[c] id est, intelligibile, scibile, opinabile.
[d] Contra omniū librorum fidem lego τοιούτου, quoniam opinio nō solùm est existimatio propositionis immediatæ, sed etiā conclusionis.
[e] Vt rationes astrologicæ debūt esse consentaneæ *iis quæ apparent*, ita etiā quæ hic traduntur de opinione & opinabili.
[f] Quæ potest aliter se habere.

rò non per immediata, opinabitur solum quòd *sit*? ¶ Eiusdem autem *rei* opinio & scientia non omnino sunt. sed quemadmodum & falsa & vera opinio *sunt* aliquo modo eiusdem *rei*, ita etiam scientia & opinio sunt eiusdem *rei*. *Si quis* enim *dicat* & opinionem veram & falsam, vt scilicet nonnulli[a] asserunt, eiusdem rei esse: accidit vt absurda probet cùm alia, tum hoc, nō opinari *quempiam id* quod opinatur falsò[b]. Quia verò idem dicitur multis modis: alio modo[c] possunt[d] *esse eiusdem rei*, alio modo[e] non *possunt*. verè enim opinari dimetienti esse commensuram *cum latere*, absurdum *est*. sed quia dimetiens, circa quam opiniones *versantur*, est *vna* & eadem res: ita *opiniones sunt* eiusdem rei. vtriusque[f] verò essentia *quæ* in definitione *ponitur* non est eadem. Similiter autem & scientia & opinio *sunt* eiusdem *rei*. altera[g] namque ita *est* de animali, vt non possit non esse animal: altera[h] verò, vt possit. veluti si altera sit de eo quod est id ipsum quod homo. altera verò *sit* quidem de homine, non tamen de eo quod est id ipsum quod homo[i]. eadem enim res, homo scilicet, non eodem modo accipitur[k]. ¶ Ex his autē per 8 spicuū *est* fieri non posse vt eandē rem simul opinetur *quispiā* & sciat. alioquin existimaret eādē rē aliter *se* habere *posse* & nō aliter *se habere posse*: quod fieri nequit. in alio verò & *alio homine* v trūq. esse potest de eadē re, vt dictū fuit. in eodē verò nō est ita possibile. alioquin simul existimabit, exempli causā, hominē esse id ipsum quod animal: (hoc enim est, non posse esse non animal) & non id ipsum quod animal: hoc enim est, posse *esse* nō *animal*. ¶ Reliqua, *id est* quomodo distinguere

μὴ δόξα περὶ ἀμέσων, τὸ ὅτι μόνον δοξάσει; ¶ Τοῦ δ' αὐτοῦ δόξα καὶ ἐπιστήμη οὐ πάντες ὄξιν. ἀλλ' ὥσπερ καὶ ψευδὴς καὶ ἀληθὴς τὰ αὐτὰ ἔοικεν τινά, οὕτω καὶ ὑπολήψις καὶ δόξα τὰ αὐτά. καὶ γὰρ δόξασι ἀληθῆ καὶ ψευδῆ, ὡς μέν τινες λέγουσιν, τὰ αὐτὰ ἔστι), ἄτοπα συμβαίνει ἀρέσθαι, ἄλλα τε καὶ μὴ δοξάζειν ὃ δοξάζει ψευδῶς. ἐπεὶ δὲ τὸ αὐτὸ πλεοναχῶς λέγεται, ἐνδέχεται, ἔστι μὲν ὡς ἐνδέχεται, ἔστι δ' οὐ ὡς οὔ. τὸ μὲν γὰρ σύμμετρον ἔστι πλεῦρα δήμετρον ἀληθῶς δοξάζειν, ἀτοπον. ἀλλ' ὅτι ἡ δήμετρος ἀεὶ ἰῶν αἱ δόξαι, τὸ αὐτό οὔτοι τὰ αὐτά. τὰ δὲ τί ἐστὶ ἑκατέρῳ κατὰ τὸν λόγον, οὐ τὸ αὐτό. ὁμοίως δὲ καὶ ὅπισθεν καὶ δόξα τὰ αὐτά. ἢ μὲν γὰρ, οὕτως τὰ ζῶον, ὥστε μὴ ἐνδέχεσθαι μὴ εἶναι ζῶον ἢ δ', ὡς ἐνδέχεσθαι. οἷον εἰ μὲν ὅπερ ἀνθρώπου ὄξιν ἡ ἀνθρώπου μέν, μὴ ὅπερ δ' ἀνθρώπου, τὸ αὐτὸ γὰρ ὅτι ἀνθρωπος, πρὸς οὐ τὸ αὐτό. ¶ Φανερὸν δ' ἐκ τούτων, ὅτι οὐδ' δοξάζειν ἅμα τὸ αὐτὸ ἢ ὅπισθεν ἐνδέχεται. ἅμα γὰρ ἂν ἔχοι ὑπολήψιν τὰ ἄλλως ἔχειν, καὶ μὴ ἄλλως τὸ αὐτό· ὅπερ οὐκ ἐνδέχεται. ἐν ἄλλῳ μέν γὰρ ἐκάτερον ἐνδέχεται τὰ αὐτά, ὡς εἴρηται. ἐν δὲ τῷ αὐτῷ οὐδ' οὕτως οἷόν τε. ἔσται γὰρ ὑπολῆψιν ἅμα, οἷον ὅτι ὁ ἀνθρωπος, ὅπερ ζῶον, (τοῦτο γὰρ ἦν τὸ μὴ ἐνδέχεσθαι εἶναι) μὴ ζῶον· καὶ μὴ ὅπερ ζῶον· τοῦτο γὰρ ἔστω τὸ ἐνδέχεσθαι. ¶ Τὰ δὲ λοιπὰ, πῶς δεῖ διαιρεῖσθαι,

[a] Hi dicebāt vnum & falsum esse tantùm in opinione, & eādē rē esse amarā ei cui videtur amara, & dulcē ei cui vtdetur dulcis. secundū hanc sententiam nulla est opinio falsa. vide 3. metaphy. c. 5.

[b] Nam si (vt illi dicebant) omnis opinio est vera: opinio falsa, non est opinio: quia si esset opinio, nō esset falsa, sed vera.

[c] Id est, quatenus ambę opiniones, tam vera quàm falsa, sunt de eadē re subiecta.

[d] Sub. opinio ve ra & opinio falsa.

[e] Vt sint eiusdē rei de eadem re, id est vt eodem modo versentur circa eandē rem. si id est, illa res cō stituatur duobus modis, ita vt duæ sint essentiæ & quiditates. aliud enim est. diametrum esse comparabilē lateri. aliud est, nō esse comparabilem. alio igitur modo accipitur diameter in opinione vera. alio in opinione falsa.

[f] Id est, scientia.

[g] Id est opinio.

[h] Sed cui accidit vt sit homo.

[k] In opinione & in scientia.

ἐπί τε ἐξαγωγίας[a], καὶ νοῦ[b], καὶ ὅπου ἐπιστήμης[c], ἢ τέχνης[d], καὶ φρονήσεως[e], καὶ σοφίας[f]· τὰ μὲν φυσικῆς[g]· τὰ δὲ διὰ πολιτικῆς[h] θεωρίας μᾶλλον ὄντιν.

oporteat dianœam[a], & intelligẽtiam[b], & scientiam[c], & artẽ[d], & prudentiam[e], & sapientiam[f]: partim ad naturalẽ[g], partim ad moralem[h] contemplationẽ magis pertinent.

a Id eſt, cognitionem ratiocinatiuam.
b Cognitionem primorum principiorum.
c Cognitionem concluſionis.
d Cognitionem cuius finis eſt effectio.
e Cognitionem cuius finis eſt actio.
f Cognitionem compoſitam ex intelligentia & ſcientia.
g Id eſt, ad lib. de anima.
h Vide lib. 6. Ethic Nicomach.

De ſagacitate[i], Cap. xxxi.

i Vel ſolertia, vel acumine.
k Eam partem lucidam habere quę eſt ad Solem conuerſa.

Hεἰ δὲ ἀγχίνοια ὅτιν εὐστοχία τις ἐν ἀσυμπλώτῳ χρόνῳ τοῦ μέσου. οἷον εἴ τις ἰδὼν ὅτι ἡ σελήνη τὸ λαμπρὸν ἀεὶ ἔχει πρὸς τὸν ἥλιον[k], τάχ' ἐνενόησε διὰ τί τοῦτο, ὅτι διὰ τὸ λάμπειν ἀπὸ τοῦ ἡλίου· ἢ διαλεγόμενον πλουσίῳ, ἔγνω διότι δανείζεται· ἢ διότι φίλοι, ὅτι ἐχθροὶ τοῖς αὐτοῖς. πάντα γὰρ τὰ αὐτὰ τὰ μέσα[l], ὁ ἰδὼν τὰ ἄκρα[m], ἔγνωεσε[n]. τὸ λαμπρὸν ἔϊ) τὸ πρὸς τὸν ἥλιον, ἐφ' οὗ α· τὸ λάμπειν ἀπὸ τοῦ ἡλίου, β· σελήνη, τὸ γ. ὑπάρχει δὴ τῇ μὲν σελήνῃ τοῦ γ τὸ β, τὸ λάμπειν ἀπὸ τοῦ ἡλίου· τοῦ δὲ β τὸ α, τὸ πρὸς τοῦτ ἔϊ) τὸ λαμπρὸν, ἀφ' οὗ λάμπει· ὥστε καὶ τοῦ γ τὸ α ὑπάρχει τῷ β.

SAgacitas autẽ eſt bona quædam medij cõiectatio in breuiſſimo tempore. veluti ſi quis videns Lunam ſemper Solem verſus ſplendere[k], confeſtim intelligat, cur hoc *ſit, nempe* quia illuſtratur à Sole: aut *videns* colloquentem cum diuite, cognoſcat *eum ideo colloqui* quia *pecuniam* mutuatur: aut *ſciat* cur *duo aliqui* ſint amici, quia *ſcilicet ſunt* eiuſdẽ inimici. omnes.n. medias cauſas[l], perſpectis extremis[m], cognouit[n]. *Eſto*, Solẽ verſus ſplẽdere, vbi α: illuſtrari à Sole, β: Luna, γ. ineſt igitur Lunæ, τῷ γ, β, *id eſt* illuſtrari à Sole. τῷ autem β α, *hoc eſt*, illud verſus ſplendere, à quo illuſtratur. quare etiam τῷ γ α ineſt per β.

l Id eſt, cauſas, quæ accipiuntur pro mediis terminis in demonſtrationibus. vnde Ariſtot. lib. ſeq. c. 2. ait cauſam eſſe medium.
m Id eſt, concluſionibus.
n Vir ſagax & acutus.

Quicquid à Sole illuſtratur, Solem verſus ſplendet.
Luna à Sole illuſtratur:
Ergo
Luna Solem verſus ſplendet.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
Α᾽ΝΑΛΥΤΙΚΩ῀Ν
Υ᾽ΣΤΕ῾ΡΩΝ ΤΟ῀ ΔΕΥ᾽ΤΕΡΟΝ.

ARISTOTELIS
ANALYTICORVM
POSTERIORVM *LIBER* II.

IVLIO PACIO
interprete.

SYNOPSIS SEV METHODVS LIBRI II. POSTERIORVM ANALYTICORVM.

TRACTATVS I.

- Quæstionum
  - Numero, & ordine. *Cap.* 1.
  - Scopo. *Cap.* 2.

TRACTATVS II.

- De
  - Rerum essentia & definitione.
    - De probanda essentia & quiditate.
      - Dubitationes.
        - Separatio definitionis & demõstrationis. *C.* 3.
        - Quid resit, non posse probari
          - Per syllogismum. *Cap.* 4.
          - Per diuisionem. *Cap.* 5.
          - Per definitionem
            - Ipsius quid est. Cõtra rij. *C.* 6.
          - Vllo modo. *Cap.* 7.
      - Vera expositio.
        - Quomodo probetur. *Cap.* 8.
        - Quænam probetur, vel non. *Cap.* 9.
    - Quid & quotuplex sit definitio. *Cap.* 10.

TRACTATVS III.

- Causis
  - Per quas demonstratur. *Cap.* 11.
  - Eorum quæ sunt, vel fiunt, vel fact sunt, vel futura sunt. *Cap.* 12.

TRACTATVS IV.

- Inuentione
  - Eorum quæ attribuuntur in quæstione quid est,
    - Methodo diuisiua. *Cap.* 13.
    - Methodo inductiua. *Cap.* 14.
  - Problematum, & medij termini. *Cap.* 15.

TRACTATVS V.

- Causis & effectibus dubitationes.
  - Vtrùm causa & effectus reciprocentur. *Cap.* 16.
  - An sint plures causæ vnius effectus. *Cap.* 17.
  - Vtrùm causa propior, an magis vniuersalis sit potior. *Cap.* 18.

TRACTATVS VI.

- Cognitione primorum principiorum. *Cap.* 19.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΑΝΑΛΥΤΙΚΩΝ ΥΣΤΕΡΩΝ
τὸ δεύτερον.

ARISTOTELIS POSTERIORVM ANALYTICORVM LIB. II.

DE QVÆSTIONIBVS,

TRACTATVS I.

De numero, & ordine quæstionum, CAP. I.

1 *Quot sint quæsita.* 2 *Exempla quæsitorum compositorum,* 3 *& simplicium.* 4 *Explicatio.*

1 ΖΗΤΟΥΜΕΝΑ δ' ἐστὶν ἴσα τὸν ἀριθμὸν, ὅσαπερ ὅπερ ἐπιστάμεθα[a]. ζητοῦμεν δὲ τέτταρα[b], τὸ ὅτι[c], 2 τὸ διότι[d], εἰ ἔστι[e], τί ἐστιν. ¶ Ὅταν μὲν γὰρ, πότερον τόδε ἢ τόδε[f], ζητῶμεν εἰς ἀμφὼ[g] θέντες· (οἷον πότερον ἐκλείπει ὁ ἥλιος, ἢ οὔ) τὸ ὅτι ζητοῦμεν. σημεῖον δὲ τούτου· ὅ ἐσμεν γὰρ ὅτι ἐκλείπει, πεπαύμεθα· καὶ ἐὰν ἐξ ἀρχῆς εἰδῶμεν ὅτι ἐκλείπει, οὐ ζητοῦμεν πότερον. ὅταν δὲ εἰδῶμεν τὸ ὅτι, τότε τὸ διότι ζητοῦμεν. οἷον εἰδότες ὅτι ἐκλείπει, καὶ ὅτι κινεῖται ἡ γῆ, τὸ διότι ἐκλείπει, ἢ διότι κινεῖται, ζητοῦμεν. ταῦτα μὲν οὕτως[h]. ¶ Ἕνια δ' ἄλλον τρόπον[i] ζητοῦμεν, οἷον εἰ ἔστιν, ἢ μὴ ὄν· λέγω δὲ τὸ ἁπλῶς, οὐ τὸ εἰ ἔστιν, οἷον εἰ ἔστι Κένταυρος, ἢ Θεός. τὸ δ', εἰ ἔστιν, ἢ μὴ ἔστιν, οὐκ ἐπιστάμεθα· ὅταν δὲ ἐπιστῶμεν ὅτι ἔστι, τότε ζητοῦμεν τί ἐστιν, οἷον τί ἐστι Θεός; τί ἐστιν ἄνθρωπος;

QVÆ quæruntur, tot numero sunt, quot *sunt* ea quæ scimus[a]. quærimus autem quatuor[b] quòd *sit*[c], cur *sit*[d], an sit[e], & quid sit. ¶ Cùm enim, vtrùm sit hoc an hoc[f], quærimus plura[g] complectentes: (velut vtrùm Sol deficiat, an non) *tum* quærimus quòd sit. Huius autem *rei* signum est: quia cùm inuenimus quòd Sol deficit, desinimus *quærere*. & si ab initio cognosceremus quòd deficit, non quæreremus an *deficiat*. Cùm autem cognoscimus quòd *sit*, tunc quærimus cur sit. velti cùm nouimus quòd *Sol* deficit, & quòd terra mouetur: *tunc* quærimus, cur deficiat, vel cur moueatur. Hæc quidem ita[h] *quærimus*.

¶ Quædà verò alio modo[i] quærimus: veluti an sit nécne Centaurus, vel Deus. Dico autem an sit

a Quærimus enim, vt sciamus: nec quæreremus, nisi scientiam nobis comparare possemus.
b Omittit quid verba significet: quia non quæritur. sed præscitur tantùm: vel quia loquitur de quæstionibus quæ non ad verba, sed ad res ipsas pertinent.
c Id est, quale sit: puta quòd sit albus, vel nigrum.
d Id est, cur tale sit.
e An sit in rerum natura.
f Veluti, vtrùm album an nigrum. illa enim verba, hoc, hoc, sunt attributa: subiectum autē retinetur ac suppleri debet. Id est, subiectum & attributum. vt cùm quærimus, an Sol deficiat, in hac quæstione coniungimus Solem, & deficere.
g Id est, plura complectentes.
h Non plura complectentes, sed rem in quæstione ponentes.

a Non adiuncto attributo, albus, vel alio simili.

nécne, simpliciter [a], non an sit albus, nécne. cùm autem nouimus *rem* esse, quærimus quid sit: veluti, quid igitur est Deus? aut, quid est homo? ¶ Quæ igitur quærimus, & quæ inuenta cognoscimus, hæc & tot sunt.

εἰν ἢ μὴ, ἁπλῶς [a] λέγω, ἀλλ' οὐκ εἰ λευκὸς ἢ μή. γνόντες δὲ ὅτι ἔστι, τί ἐστι ζητοῦμεν. οἷον, τί σῶν ἐστι θεός; ἢ τί ἐστιν ἄνθρωπος; ¶ Ἃ μὲν οὖν ζητοῦμεν, καὶ ἃ εὑρόντες ἴσμεν, ταῦτα καὶ τοσαῦτά ἐστι.

Omnem quæstionem ad medium pertinere, CAP. II.

1 *Propositio.* 2 *Expositio.* 3 *Ratio prima, quia omnis quæstio pertinet ad causam.* 4 *Ratio secunda, quia idem est, quærere quid sit & cur sit.* 5 *Ratio tertia à sensu.* 6 *Epilogus.*

b Id est, vel in parte quòd sit, vel simpliciter an sit.

c Quoniam his quæstionibus quæritur de vno accidente Lunæ, veluti de eclipsi, aut incremento.

d Nam huiusmodi quæstiones sunt de tota re, non de vno accidente.

e Syllogismum sic extrue, Omnis causa est medium, omnis quæstio est quæ causæ, ergo omnis quæstio est quæstio medij.

f *Conclusio.*

g *Maior propositio.*

h *Minor propositio.*

i *Exp sitio & conclusio maioris minoris propositionis.*

k Id est, non curet sit hoc vel illo accidente prædita.

l Eclipsis refertur ad Solem vel Lunam.

m Hæc referenda sunt ad trigulum quod habet tres angulos æquales duobus rectis.

n Hæc quæstio pertinet ad terram, quæ medium mundi locum obtinet.

CVm autem quærimus quòd [1] *sit*, aut an sit simpliciter, *tũ* quærimus vtrùm sit medium ipsius, an non sit. cùm autem cognoscentes vel quòd *sit*, vel an sit, siue in parte, siue simpliciter [b] rursus quærimus cur *sit*, aut quid sit: tunc quærimus quòd*nã* sit medium. ¶ *Sic* autem intelligo quòd *sit*, vel an sit, in parte, & simpliciter: in parte quidem, *veluti*, an deficiat Luna, vel augeatur [c]: (etenim sitne aliquid nécne, huiusmodi *quæstionibus* quærimus) simpliciter autem, *veluti*, an sit nécne Luna, vel nox [d]. ¶ In [f] omnibus igitur quæstionibus accidit vt quæratur, an sit medium, vel quod sit medium. nã [g] causa *est* mediũ. in [h] omnibus autem hæc quæritur: *veluti* [i], deficitne? éstne causa aliqua, an non? Post hęc, cùm cognouimus esse aliquam causam, quærimus, quænam hæc sit. nam causa cur sit non hoc vel illud [k], sed simpliciter essentia, vel non simpliciter, sed aliquid ex iis quæ *insunt* per se aut per accidens, *nihil aliud* est *quam* medium. Dico autẽ simpliciter *esse* ipsum subiectum, vt Lunã, vel terrã, vel Solẽ, vel triangulum. *esse* autem aliquid, *vt* eclipsin [l], æqualitatem, inæqualitatẽ [m], an sit in medio nécne [n]. ¶ In üs enim omnibus perſpi-

ΖΗτοῦμεν δὲ, ὅταν μὲν ζητῶμεν τὸ ὅτι ἢ τὸ εἰ ἔστιν ἁπλῶς, ἆρα ἔστι μέσον ἢ οὐκ ἔστιν. ὅταν δὲ γνόντες ἢ τὸ ὅτι, ἢ τὸ εἰ ἔστιν, ἢ τὸ ὅτι μέρος, ἢ τὸ ἁπλῶς [b], πάλιν τὸ διὰ τί ζητοῦμεν, ἢ τὸ τί ἐστι· τότε ζητοῦμεν, τί τὸ μέσον.

¶ Λέγω δὲ τὸ ὅτι, ἢ τὸ εἰ ἔστιν, ὅτι μέρος, καὶ ἁπλῶς· ὅτι μέρος μὲν ἆρ' ἐκλείπει ἢ σελήνη, ἢ αὔξει [c]; (εἰ γὰρ ἔστι τι, ἢ μὴ ἔστι τι, ἐν τοῖς τοιούτοις ζητοῦμεν) ἁπλῶς δὲ, εἰ ἔστιν ἢ μὴ σελήνη, ἢ νύξ [d]. ¶ Συμβαίνει [e] ἄρα ἐν ἁπάσαις ταῖς ζητήσεσι ζητεῖν, ἢ εἰ ἔστι μέσον, ἢ τί ἐστι τὸ μέσον. τὸ [f] μὲν γὰρ αἴτιον, τὸ μέσον. ἐν [g] ἁπάσαι δὲ τοῦτο ζητεῖται. ἆρ' [h] ἐκλείπει; ἆρ' ἔστι τι αἴτιον, ἢ οὔ; μετὰ ταῦτα γνόντες ὅτι ἔστι τι, τί σῶν τοῦτ' ἔστι ζητοῦμεν. τὸ γὰρ αἴτιον τοῦ [i] μὴ τοδὶ, ἢ τοδὶ [k], ἀλλ' ἁπλῶς τὸ οὐσίαν, ἢ τὸ μὴ ἁπλῶς, ἀλλά τι τῶν καθ' αὐτὸ, ἢ κῆ συμβεβηκός, τὸ μέσον ἐστί. λέγω δὲ τὸ μὲν ἁπλῶς, τὸ ὑποκείμενον, οἷον σελήνην, ἢ γῆν, ἢ ἥλιον, ἢ ζῷον. τὸ δέ τι, ἔκλειψιν [l], ἰσότητα, ἀνισότητα [m], ἢ ἐν μέσῳ, ἢ μή [n].

¶ Ἐν ἁπάσι γὰρ τούτοις φαίνεται ὄντι

ὅτιν ὅπ τὸ αὐτό ὅτι τὸ τί ὅτι, καὶ διὰ τί ὅτι τί ὅτιν ἔκλειψις; σύνεσις φωτὸς ὑπὸ σελήνης ὑπὸ γῆς ἀπαφαίρεσις. διὰ τί ὅτιν ἔκλειψις; ἢ διὰ τί ἐκλείπει ἡ σελήνη; διὰ τὸ ὑπολείπειν τὸ φῶς, ἀπαφαίρεσιν τούσης τῆς γῆς. τί ὅτι συμφωνία; λόγος ἀριθμῶν ἐν ὀξεῖ ἢ βαρεῖ. διὰ τί συμφωνεῖ τὸ ὀξὺ τῷ βαρεῖ; διὰ τὸ λόγον ἔχειν ἁρμοττόμενα, τὸ ὀξὺ καὶ τὸ βαρύ; αἷς ὅτι συμφωνεῖ τὸ ὀξὺ καὶ τὸ βαρύ; ἆρα ὅτιν ἐν ἀριθμοῖς ὁ λόγος αὐτῶν; λαβόντες δὲ ὅτι ὅτι, τίς οὖν ὅτιν ὁ λόγος; ¶ Ὅτι δὲ ὅτιν τὸ μέσον ἡ ζήτησις, δῆλον ὅσον τὸ μέσον αἰσθητὸν ζητοῦμεν μὲν μὴ ἠσθημένοι, οἷον τῆς ἐκλείψεως, εἰ ἔστιν ἢ μή. εἰ δὲ ἤσθημεν ὅτι τῆς σελήνης, ἐκ τοῦ ἐζητοῦμεν, οὔτ' εἰ γίνεται, οὔτε διὰ τί· ἀλλ' ἅμα δῆλον ἂν ἦν. ὅτι μὲν οὖν τὸ αἰσθανόμενος, καὶ τὸ καθόλου ἐλάμβανεν ἡμῶν εἰδέναι. ἢ μὲν γὰρ αἴσθησις, ὅτι νυνὶ ἀπαφαίρεται, καὶ γὰρ δῆλον ὅτι νυνὶ ἐκλείπει. ὅτι δὲ τούτου τὸ καθόλου ἀπ' ἐλάμβανεν [a]. ¶ Ὥσπερ οὖν λέγομεν, τὸ τί ὅτιν εἰδέναι, τὸ αὐτό ὅτι, καὶ διὰ τί ὅτι. τοῦτο δὲ ἢ ἁπλῶς, καὶ μὴ τῷ ὑπαρχόντων τι ἢ τῷ ὑπαρχόντων, οἷον ὅτι δύο ὀρθαί, ἢ ὅτι μεῖζον, ἢ ἔλαττον. ὅτι μὲν οὖν πάντα τὰ ζητούμενα μέσου ζήτησίς ὅτι, δῆλον.

cuum est idem esse quid est & quamobrem est. quid est eclipsis? priuatio luminis in Luna ob terræ oppositionem. cur est eclipsis? aut cur deficit Luna? propterea quòd *eam* lumen defecit terrâ oppositâ. quid est cõcentus? ratio numerorum in acuto & graui, cur concinunt acutum & graue? *hoc est*, éstne in numeris ratio eorum? cùm verò accepimus quòd est, *tum quærimus*, quæ nã igitur est ratio illa? ¶ Quòd autem medij sit *omnis* quæstio, *ea* declarant quorum medium *est* sensibile. quærimus enim nõ percepto per sensum (exempli causâ) eclipsi, an sit nécne, quòd si essemus supra Lunam, nõ quæreremus an fiat neque cur *fiat*, sed confestim manifestũ esset: quoniam ex sensu fieret vt etiam vniuersale cognosceremus. sensus enim *percipit terram* nunc opponi, quia constat *Lunam* nunc deficere. ex hoc autem fieret[a] vniuersale. ¶ Quemadmodum igitur diximus, nosse quid sit, idem est atque *nosse* cur sit. hoc autem vel simpliciter, non eorum quidpiam quæ insunt: vel eorum quidpiã, cuiusmodi *sunt* habere duos *angulos* rectos, aut esse maius vel minus. Quòd igitur in omnibus quæsitis est quæstio medij, perspicuum *est*.

a Gigneretur in nostro intellectũ

DE QVIDITATE, AC DEFINITIONE, TRACTATVS II.

Distinctio definitionis & demonstrationis,

CAP. III.

1 ¶ *Prothesis.* 2 ¶ *Quæstio prima, an definitio & demonstratio sint idem.* 3 ¶ *Resp.*

sic ad quæstionem secundam, an quæcunque possint demonstrari, possint etiam definiri. Ratio prima: quia definitio affirmatur vniuersaliter de definito, conclusionum vero quædam sunt negatiuæ, quædam particulares. 4 Ratio secunda, quia non omnis conclusio vniuersalis affirmans potest definiri. 5 Ratio tertia ducens ad incommodum, rem demonstrabilem sciri posse sine demonstratione. 6 Ratio quarta, id est, inductio. 7 Ratio quinta, quia definitio significat essentiam, demonstrantur autem accidentia. 8 Epilogus. 9 ¶ Tertia quæstio specialis, an quæcunque possint definiri, possint etiam demonstrari. 10 Ratio prima ducens ad incommodum, rem demonstrabilem sciri sine demonstratione. 11 Ratio secunda, quia definitio est principium demonstrationis. 12 ¶ Quarta quæstio specialis, an quædam possint & definiri & demonstrari. 13 Quod non possint, ratio prima, quia demonstrationes supponunt & sumunt essentiam & quid res sit. 14 Ratio secunda, quia conclusio affirmat, vel negat, non item definitio. 15 Ratio tertia, quia definitio ostendit quid sit, demonstratio vero quod sit vel non sit. 16 ¶ Epilogus. 17 ¶ Responsio ad primam quæstionem. 18 ¶ Epilogus.

QVomodo autem probetur quid sit, & quis *sit* modus reductionis[a], & quid ac quorum sit definitio, dicamus, cùm priùs de his dubitauerimus. ¶ Initium autem futurorum esto, quod est maximè proprium sequentium sermonum[b]. dubitare enim aliquis possit, an definitione scire, & demonstratione, idem sint[c] & secundum idem. [d] ¶ An[e] *hoc* est impossibile? nam definitio videtur explicare quid *res* sit. quicquid autem *significat* quid *res* sit, *est* vniuersale & attributiuum. syllogismorum verò quidam sunt priuatiui, quidam non vniuersales: veluti qui *extruuntur* in secunda figura, omnes *sunt* priuatiui: qui verò in tertia, non vniuersales. ¶ Deinde non omnium affirmationum quæ *probantur* in prima figura, est definitio, veluti *huius*, omne triangulum duobus rectis æquales *angulos* habere. ¶ Huius *rei* ratio *est*: quia scire rem demonstrabilem, est habere demonstrationē. quare si huiusmodi *rerum* est demonstratio, perspicuū *est* non posse eorundem esse etiam definitionē. alioquin sciret quispiā etiam ratione definitionis, non habens demonstrationem: nihil enim prohibet, quominùs non simul habeat *demonstrationem*. ¶ Satis autem fidem facit etiam inductio, nihil enim vnquam de-

Ἒστι δὲ τὸ τί ἐστι δ' εἰκυῖα, καὶ τίς ὁ τρόπος τῆς ἀναγωγῆς, καὶ τί ἐστιν ὁρισμὸς, καὶ τίνων, εἰπωμὲν, δεξάμενοι τὰ πρότερα περὶ αὐτῶν. ¶ Ἀρχὴ δ' ἔστω τῶν μελλόντων ὑπὲρ ὧν ἐστιν οἰκειοτάτη τῶν ἐγομένων λόγων. Ἀπορήσειε δ' ἄν τις, ἆρ' ἐστὶ τὸ αὐτὸ καὶ καθ' ἓν τὸ αὐτὸ ὁρισμῷ εἰδέναι καὶ ἀποδείξει. ¶ Ἢ ἀδύνατον; ὁ μὲν γὰρ ὁρισμὸς τῶ τί ἐστι ἔοικε· τὸ δὲ τί ἐστι ἅπαν καθόλου καὶ κατηγορικὸν συλλογισμοί δ' εἰσὶν, οἱ μὲν στερητικοὶ, οἱ δ' ἐ καθόλου. οἷον οἱ μὲν ἐν τῷ δευτέρῳ σχήματι, στερητικοὶ πάντες· οἱ δ' ἐν τῷ ἐσχάτῳ, οὐ καθόλου. ¶ Εἶτα οὐδὲ τῷ ἐν τῷ πρώτῳ σχήματι κατηγορικῶν ἁπάντων ἐστὶν ὁρισμός. οἷον ὅτι πᾶν ἴσοπλευρον δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ἔχει. ¶ Τοῦτου δὲ λόγος, ὅτι τὸ ὀφείλειν εἶναι τοιοῦτο δεικτόν· τὸ δὲ καθ' ἑκὸς ἐστὶν ὧν ἐστὶ τὸ δεικτὸν, τὸ καθ' ἑκὸς ἐξιὸν ἔχειν. ὥστ' εἰ ἔστι τῷ τοιοῦτον καθ' ἑκὸς εἶναι, δῆλον ὅτι οὐκ ἂν εἴη αὐτῷ καὶ ὁρισμός. ὁπῆσαυτο γὰρ ἂν τις καὶ κατ' ἐκείνου, οὐκ ἔχων τὸν καθ' ἑκὸς ἐξιόν. οὐδὲν γὰρ κωλύει, μὴ ἅμα ἔχειν. ¶ Ἱκανὴ δὲ πίστις καὶ ἐκ τῆς ἐπαγωγῆς. οὐδὲν γὰρ πώποτ'

[a] Id est, quomodo definitio reducatur ad demonstrationem. Omnis enim definitio vel est principium, vel conclusio demõstrationis, vel à demonstratione differt solùm termino rum situ, vt dictum fuit lib. præceden. cap. 7. part. 8.

[b] Quod est maximè accommodatum ad ea, quæ nos dicentur, intelligenda.

[c] Id est, an sit eadem scientia definitiua & demõstratiua.

[d] An eodem instrumento acquirantur scientia definitiua & demonstratiua, id est, an definitio & demonstratio sint idem.

[e] Probatur vs non idem esse definitionem & demonstrationem, nunc ostendit nõ esse eiusdem rei definitionem & demonstrationē. Hæc enim part. 17. arguit ea esse diuersa, quæ sunt genere diuersa.

[f] Non vnã cũ demonstratione.

εισάμμοι ἐγνωμμεν, οὔτε τῷ καθ' αὐτὸ ὑπαρχοντων, ἔστι τῷ συμβεβη κόσιν. ¶ Ἔτι εἰ ὁ ὁρισμὸς οὐσίας 7 τις γνωρισμός, τό γε ποιαί τα φασκειν ἔστι οὐκ οὐσίαι. ¶ Ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἔστιν ὁρισμὸς ἁπάντως, οὐ πρό 8 κα. Δῆλον δὲ καὶ ἐκ τῶν διαιρέσεων. ¶ Τίσιν, οὐ ὁρισμὸς ἀρμόττει, πάντες δὴ διαιρέσεις ἐ 9 στιν, ἢ οὔ; ¶ Εἷς μὲν δὴ λόγος, καὶ φανερὸν τοῦτο ὁ αὐτὸς. ἔτι δὲ εἰς, ἢ ἓν, μία ἀπόφασις. ὥστ' ἐπειρᾶτο ἂν τις ἀπορῆσαι τὸ δι' ἀποδείκτου, εἰ τὸ πῶς δι' ἀποδείξεως ἐχειν συμβεβήκεναί τι ἀδύνατον. ὁ δὲ τὸν ὁρισμὸν ἔχων, αὐδὲ ἀ 10 πόδειξιν ἔσται ἔχων. ¶ Ἔτι αἱ ἀρχαὶ τῆς δι' ἀποδείξεων ὁρισμοί· ἀν ὅτι οὐκ ἔστιν ἀποδείξεις, δῆλον καὶ ἐκ τῶν ἀποδείξεων. ἢ ἔστιν αἱ ἀρχαὶ δι' ἀποδείξεως, καὶ τῆς ἀποδείξεως ἀρχαὶ, ἔσται τοῦτ' εἰς ἄπειρον βαδιεῖται· ἢ τὰ πρῶτα ὁρισμοὶ ἔστιν αἱ ἀπόδειξιν. ¶ Ἀλλ' ἆρα εἰ μὴ παντὸς τοῦ 12 αὐτοῦ, ἀλλά τινος τοῦ αὐτοῦ ἔστιν ὁρισμὸς καὶ ἀπόδειξις; ¶ Ἢ ἀδύνατον; 13 ἐπὶ γὰρ ἔστιν ἀποδείξις, ἢ ὁρισμός. ὁ ὁρισμὸς μὲν γὰρ τὸ τί ἐστι, καὶ οὐσίας· αἱ δὲ ἀποδείξεις φαίνονται πᾶσαι ὑποτιθεμεναι καὶ λαμβάνουσι τὸ τί ἐστιν· οἷον αἱ μαθηματικαὶ, τί μονάς, καὶ τί τὸ ἄρτιον καὶ αἱ ἄλλαι ὁ 14 μοίως. ¶ Ἔτι πᾶσα ἀπόδειξις τί κατά τινος δείκνυσιν, οἷον ὅτι ἐσίν, ἢ ἐκ ἔστιν· ἐν δὲ τῷ ὁρισμῷ οὐδὲν ἕτερον ἑτέρῳ κατηγορεῖται· οἷον οὔτε τὸ ζῶον κατὰ τοῦ δίποδος, οὔτε τοῦτο κατὰ τοῦ ζώου. οὐδὲ κατὰ τοῦ δίποδος τὸ πεζόν· ἐπεὶ γὰρ ἔστι τὸ δίποδι εἶναι τὸ πεζόν, ἀνάγκη τὸ ζῶον εἶναι· τὸ δὲ δίποδι εἶναι τὸ πεζὸν εἶναι, οὐκ ἀνάγκη. 15 ἔτι ἕτερον τὸ τί ἐστι, καὶ τὸ ὅτι ἐστί. δείξαι δὲ ὁ μὲν οὐθεὶς ὁρισμός· ἢ ἔστι τόδε κατὰ τόδε, ἢ οὐκ ἔστιν. finiētes nouimus, ex iis quæ per se insunt, vel accidentia sunt.

7 ¶ Præterea definitio *est* essentiæ notificatio quędā: eiusmodi autem res constat non esse essentias. ¶ Quòd igitur nō omnium rerū est definitio, quarum est de 9 mōstratio, perspicuū *est*. ¶ Quid autem? quarum rerū est definitio, estne omniū demonstratio, 10 an non? ¶ Sanè vna ratio[a] etiam ad hoc *quæsitū* pertinet. vnius enim, qua vnū *est*, vna est scientia. quapropter si rem demōstrabilem scire, est habere sciētiam: euenret aliquid impossibile: quia definitionē habens, sine demon 11 stratione sciet. ¶ Præterea principia demonstrationum sunt definitiones: quorum *principiorum* non esse demōstrationes, antea[b] probatum fuit. aut *enim* principia erunt demōstrabilia, necnō principiorū principia, & hoc in infinitū ꝓcedet: aut prima *principia* erūt definitiones indemōstrabiles. ¶ Nūquid igitur, si non omniū, saltē quarundā rerū simul est definitio & demonstratio? 13 ¶ An hoc quoq; est impossibile? quia nō est demōstratio *eius rei* cuius *est* definitio: quandoquidē definitio explicat quid *res* sit, & essentiā: demōstrationes autē omnes videntur supponere & sumere quid sit: veluti mathematicę, quid vnitas, & quid impar: & 14 aliæ similiter. ¶ Præterea omnis demōstratio ꝓbat aliquid de aliquo, veluti esse, aut non esse. in definitione verò alterū alteri nō attribuitur[c]: vtputa, neq; animal *dicitur* de bipede, neq. hoc de animali. sed neque de plano figura: quia nec planū *est* figura, nec figura *est* planum. 15 ¶ Præterea aliud est probare quid sit & *probare* quòd sit. definitio igitur declarat quid sit: demonstratio verò quòd hoc de hoc est, aut non est,

a Quæ propositio fuit in 3. partic.

b Superiori lib. cap. 3. partic. 4. & cap. 19. partic. vltima.

c Id est, pars definitionis non attribuitur alteri parti.

rei autem diuersæ diuersa est de monstratio, nisi sit vt pars quædam totius. hoc autē *ideo* dico: quia probatum fuit æquicrurū *habere tres angulos æquales* duobus rectis, si probatū fuit triangulum *eos habere*. *illud* enim est pars[b]: hoc[c] verò *est* totum[d]. hæc verò non sunt ita inter se affecta, quòd sit, & quid sit: quia non est alterū alterius pars. ¶ Perspicuum igitur *est* neque cuius rei *est* definitio, eius omnino *esse* demōstrationē: neque cuius *est* demōstratio, eius *esse* omnino definitionem: neque vllius prorsus rei posse vtraq; [e]haberi. ¶ Quare 17
constat definitionem & demōstrationem neque idem esse, nec alterum sub altero *ētineri*: nam
alioqui etiam subiecta[f] similiter *se* haberent. ¶ De his igitur hactenus 18
dubitatum esto.

a Æquicrorum.
b Non integrū, sed subiectiua, id est species.
c Triangulum.
d Totum attributium, id est genus.
e Definitionē, & demonstrationem.
f Res definita, & res demonstratæ.

ἐπάρχῃ ἕτερα κατὰ δ ἕξις, ἐὰν μὴ ὡς μέρος ἢ τι σ᾽ ὅλης. τὸ τὸ γὰρ λέγω, ὅτι δεῖ ἔχειν τὸ ἰσοσκελὲς δύο ὀρθαῖς, εἰ πᾶν τρίγωνον δεῖ ἔχειν μέρος[b] τὸ σ᾽ ὅλον[d]. ταῦτα δ᾽ οὐθὲν ἄλληλα ἐκ ἔχει ὕπτιος, τὸ ὅτι δεῖ, ἢ τὸ εἰ ἐστὶν ἀ γὰρ ἔστι θάτερα θατέρου μέρος. ¶ Φανερὸν ἄρα ὅτι οὔτε ἡ ὁρισμὸς, οὗτε πάντως κατὰ δ ἕξις· οὔτε ἡ κατὰ δ ἕξις, οὗτε πάντως ὁρισμὸς· ἔτι οὐδὲ ὅλως θάτερον θατέρου ἐνδέχεται εἶναι. ¶ Ὡς δὲ 17
λον ὡς οὐδὲ ὁρισμὸς καὶ κατὰ δ ἕξις, οὔτε τὸ αὐτὸ ἀν εἴη, οὔτε θάτερον ἐν θατέρῳ, οὐδ᾽ ἀν τὰ ἐναντία ἐν ἀλλήλοις ἐνῆν. ¶ Ταῦτα μὲν 18
οὖν μέχρι τούτου διωρίσθω.

Quid res sit, non probari syllogismo, CAP. IV.

1 *Ratio: quia si quid sit, probaretur syllogismo, peteretur quæsitum in minori propositione.*
2 *Primum exemplum in simplicibus terminis.*
3 *Alterum exemplum in propositionibus.*

QVid autē *res* sit, vtrùm explicatur definitione & syllogismo, an non explicatur, sicut præsens disputatio supponebat? syllogismus enim aliquid de aliquo probat per mediū. quiditas autem est propria & attribuitur in *quæstione* quid est. hæc[g] autem reciprocari necesse *est*. nam si ℭ α est ꝑpriū τοῦ γ: perspicuum *est* id *esse proprium* etiā ℭ τοῦ ℭ, atq; hoc reciprocari. atqui si ℭ α ineſt τῷ ℭ in *quæstione* quid est, & vniuerſaliter τῷ β. dicitur de omni γ in *quæstione* quid est: necesse *est* etiā ℭ α dici de γ in *quæstione* quid est. Si quis verò sine hac geminatione[i] sumpserit *principia*: non necesse erit vt ℭ α τοῦ γ attribuatur in *quæstione* quid est[k]: etiāsi ℭ α de ℭ dicatur[l] in *quæstione* quid est, nō autē *de ys dicatur*[m] de quib᾽ τὸ β *dicitur* τὸ

Τοῦ δὲ τί ἐστι, πότερον ἔστι συλλογισμὸς καὶ κατὰ δ ἕξις, ἢ οὐκ ἔστι, καθάπερ νυῦ ὁ λόγος ὑπέθετο; ὁ μὲν γὰρ συλλογισμὸς τί κατά τινος δείκνυσι δῆλα τὸ μέσου. τὸ δὲ τί ἐστιν ἴδιόν τε, καὶ ἐν πολλοῖ τί ἐστι κατηγορεῖται. ταῦτα[g] δ᾽ ἀνάγκη ἀντιστρέφειν εἰ γὰρ τὸ α τοῦ γ ἴδιον· δῆλον ὅτι καὶ ℭ, ℭ τοῦτο ℭ γ, ὥστε πάντα[h] ἀλλήλων. ἀλλὰ μὴν καὶ εἰ τὸ α ἐν τοῖ τί ἐστι τοῦ β, ℭ τοῦ ℭ γ· ἀνάγκη ℭ τὸ α ἐν τοῖ τί ἐστι ℭ γ λέγεσθαι. εἰ δὲ μὴ οὕτω τὰς λήψεται διπλώσας[i], οὐκ ἀνάγκη ἔσεσθαι τὸ α τοῦ γ κατηγορεῖσθαι ἐν τοῖ τί ἐστιν[k], εἰ τὸ μὲν α τοῦ β[l] ἐν τοῖ τί ἐστι, μὴ[m] καθ᾽ ὅσων δὲ τὸ β[n]

g Id est, quiditas, & id cuius est quiditas.
h Id est, c. c. γ.
i Non addens in vtraque propositione attributū attributi subiecto in quæstione quid est, sed simpliciter dicens τὸ α attribui τῷ β, & τὸ ℭ τῷ ℭ.
k Sed simpliciter necesse erit vt attribuatur quomodocunque τὸ α τῷ γ.
l In maiori propositione.
m In conclusione.
n In minori propositione.

Si definitio de definito probari nisi per medium id est significare demonstrari oportet de re cuius id quod demonstratur cuius medium per quod demonstratur est pars definitio pars id est in argument. & notat per aliquem notum demonstrabile. sicut id est in alio & sic erit petitio principii.

ἐν τῷ τί ἐστι. τὸ δὲ τί ἐστιν[a], ἄμφω ταῦτα[b] ἔξει. ἔσται ἀρα καὶ τὸ β κατ᾽ τὸ γ τὸ τί ἐστιν. εἰ δὴ τὸ τί ἐστι, καὶ τὸ τί ἦν εἶναι, ἀμφω[c] ἔχει ὁδὶ[d] μέσου ὅρου[e] ἔσαι τρόπου, 2 τὸ τί ἦν εἶναι. ¶ Ὅλως τε εἰ ἔστι δεῖξαι, τί ἐστιν ἄνθρωπος· ἔστι τὸ γ, ἄνθρωπος· τὸ δὲ α, τὸ τί ἐστιν, εἴτε ζῶον δίπουν, εἴτε ἄλλο τι. εἰ τοίνυν συλλογίσται· ἀνάγκη κατ᾽ τὸ β τὸ α παντὸς κατηγορεῖσθαι· τοῦτου δ᾽ ἔσαι ἄλλος λόγος [μέσος.] ὥστε καὶ τοῦτο ἔσαι τί ἐστιν ἄνθρωπος. λαμβάνει οὖν, ὁ δεῖ δεῖξαι. καὶ γὰρ τὸ β ἐστὶ τί ἐστιν ἄνθρωπος. ¶ Δεῖ δ᾽ ἐν ταῖς δυσὶ πρότασεσι καὶ τοῖς πρώτοις καὶ ἀμέσοις σκοπεῖν· μάλιστα δὲ φανερὸν τὸ λεγόμενον γένεσιν. Οἱ μὲν οὖν δὴ τὸ αἰτιᾶσθαι[g] δεικνύντες τί ἐστι ψυχή. ἢ τί ἐστιν ἄνθρωπος, ἢ ἄλλο ὁτιοῦν τῶν ὄντων, τὸ ὅτι ἀρχῆς αἰτοῦσι[h]. οἷον εἴ τις ἀξιώσειε ψυχὴν εἶναι τὸ αὐτὸ ἑαυτὸ αἴτιον τοῦ ζῆν, τοῦτο[k] δ᾽ ἀεὶ θυμὸν αὐτὸν ἑαυτὸν κινοῦντα. ἀνάγκη γὰρ αἰτᾶσθαι τὸν ψυχὴν, ὃ περ ἀεὶ θυμὸν ἕξει αὐτὸν ἑαυτὸν κινοῦντα, οὗτος ὡς τοῦ αὐτοῦ ὄν. οὐ γὰρ εἰ ἀκολουθεῖ τὸ α τῷ β, καὶ τοῦτο τῷ γ, ἔσαι τῷ γ τὸ α τοῦ τί ἦν εἶναι, (ἀλλ᾽ ἀληθὲς εἰπεῖν ἔσαι μόνον) οὐδ᾽ εἰ ἔστι τὸ α, ὅπερ τι κατ᾽ τοῦ β κατηγορεῖται παντός. καὶ γὰρ τὸ ζῷον ἕξει, κατηγορεῖται κατ᾽ τοῦ ἀνθρώπου εἶναι· ἀληθὲς γὰρ, πᾶν τὸ ἀνθρώπου ἐόν, ζῷον ἐόν (ὥστε περ καὶ πάντα ἄνθρωπον, ζῷον)· ἀλλ᾽ οὐκ οὐσίας ἓν ἐόν· ἐὰν μὲν οὖν μὴ οὐ τοῦ λάβῃ οὐ συλλογίσεται· ἔσται τὸ α ἐστὶ τοῦ γ, τὸ τί ἦν εἶναι καὶ

in *quæstione* quid est. sed quid *res* sit[a], ambo hæc[b] significabit. itaque etiam τὸ β significabit quid sit τὸ γ. Si igitur quid sit & essentiam ambo[c] significant, in medio termino[d] ante *conclusionē* cōtinebatur quid res sit. ¶ Et omni 2 no si licet probare quid sit homo: esto τὸ γ, homo: τὸ α, quid sit, siue animal bipes, siue aliud quidpiam. Si igitur cōcludetur: necesse *est*, vt τὸ α attribuatur omni β. huius autem erit alia definitio media. quapropter hæc quoque significabit quid sit homo. Sumit igitur, quod probare oportet: quoniam τὸ β[e] significat 3 quid sit homo. ¶ Oportet autē in duabus propositionibus & *in* primis atque immediatis *principijs*[f] hoc considerare: maximē enim perspicuum fiet, quod dicimus. Qui igitur propter recipro cationē[g] ostendunt quid sit anima, aut quid sit homo, aut quæuis alia res: postulāt[h] id quod ab initio *quæsitum fuit*. veluti si quis postulet animam[i] esse id quod sibi ipsi est causa viuendi, hoc[k] autem esse numerū se ipsum mouentē. necesse *est* enim, vt postulet animam esse ipsissimum numerū se ipsum mouentē, adeo vt idem sint. non enim si cōsequēs est τὸ α τοῦ β, atque hoc τῷ γ: *proptera* τὸ α significabit quid sit τὸ γ, (sed tantum licebit dicere id esse verum) ne quidē si τὸ α i- 4 data dicatur de omni β, vt τὸ β sit id quod τὸ α. etenim animal esse, attribuitur τῷ hominem esse. hoc enim *effatum* verū *est*, quicquid est hominē esse, *est* animal esse: (quemadmodum & omnis homo est animal) sed non ita vt sint vnum[l]. Si *quis* igitur non ita sumpserit *propositiones*, nō cōcludetur τὸ α esse quiditatem &

a Quid sit τὸ γ. b Τὸ α, & τὸ β. c Id est, τὸ α maius extremum, & τὸ β medius terminus. d Nō ait in maiori extremo, quia quæritur quiditas & definitio τοῦ γ. maius autem extremum sumatur in maiori propositione vt quiditas τοῦ β. at minus extremum in minori propositione sumitur vt quiditas ipsius γ. ergo non in maiori sed in minori propositione petitur quæsitum. e Quod sumitur pro medio termino, & attribuitur hominī in minori propositione. f Id est, in duabus propositionibus, in quibus quiditas attribuitur ei cuius est quiditas. g Quia termini ita reciprocantur inter se, vt idē sint sicut de finitio & definitū, seu quiditas & id cuius est quiditas, idē sunt. h In minori propositione. i Hæc est minor propositio. k Hæc est mator propositio. l Quia genus non est idem quod species, sed tamē patet.

essentiam τοῦ γ. Si verò ita sumpserit, ante *conclusionem* sumet τὸ β significare quid sit τὸ γ: quare non fuit demõstratũ: quia sumpsit *id* quod in principio *quæsitum fuit*.

ἢ οὐσίαν. ἐὰν δὲ οὕτω λάβῃ τὸ πρῶτον ἔσχατον εἰληφὼς, τοῦ γ ὄν ἐστι τί ἐστιν ἢ τὸ β. ὥστ' οὐκ ἦν δεῖξαι, τὸ δὲ ἐν ἀρχῇ εἴληφεν.

Quid sit, non concludi per diuisionem, Cap. v.

1 *Ratio prima, quia methodus diuisiua petit quæsitum.* 2 *Ratio secunda, quia non probat attributũ esse essentiã & quidditatem.* 3 *Ratio tertia à vitijs definitionis, id est, superfluitate, defectu, & perbato.* 4 *Solutio tertiæ rationis, id est, ratio vitandi suprà dicta vitia.* 5 *Ratio quarta, quia conclusio syllogismi diuisiui non est definitio.*

a Lib. 1. Prior. Analyt. cap. 31.
b Quæ ponuntur in diuisione.
c Definitio pro banda.
d Principia & propositiones concessæ.
e Non admittat conclusionem.
f Hæc est interrogatio eius qui diuisione inuestigat definitionem.
g Id est, quod di
i Animal pedestre.
k Ita vt in definitione sit aliquid superuacuum.
l Ita vt definitio sit manca & imperfecta, quia destit vltima differentia.
m Id est omitti medium differentiam, vt si quis ita definiat, animal est corporis sensi
n Non concludi, corpus viuens, sensu præditum, cùm dicere debeat.

NEque verò via illa concludit, quæ per diuisiones absoluitur, sicut in resolutione ad figuras *syllogismorum* pertinente[a] dictum fuit. numquam enim necesse est vt cùm hæc[b] sint, res illa[c] sit. immò ne *ita* quidem demonstrat, vt is qui inducit. non debet enim conclusio interrogari, nec *ideo* esse quia concessa fuerit: sed necessariò est, cùm illa[d] sint, etiamsi non fateatur[e] qui respondet. Homo[f] ésne animal, an inanimum? tunc sumpsit *esse* animal, non concluſit. rursus omne animal aut est pedestre, aut aquatile. sumpsit *hominem esse* pedestre. & hominem esse totũ illud. animal pedestre, non necesse *est* ex iis quæ dicta fuerunt: sed hoc quoque sumit. Nihil autem refert vtrum in multis, an in paucis ita fiat[g]. idẽ namque est[h]. Iis igitur qui ita progrediuntur, inutilis fit vsus *diuisionis*, ita vt ea quidem concludat quæ cõ cludi possunt. ¶ Quid enim pro hibet quo minus totum[i] hoc verbi dicatur de homine, non tamẽ significet quid sit & essentiam? ¶ Præterea quid vetat vel adiiquidpiam, vel detrahi[k], vel transiliri[l], ad essentiã pertinens

Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἡ διὰ τῶν διαιρέσεων ὁδὸς συλλογίζεται, καθάπερ ἐν τῇ ἀναλύσει τῇ εἰς τὰ σχήματα εἴρηται. οὐδαμοῦ γὰρ ἀνάγκη γίνεσθαι τὸ ἀεὶ ταῦτα εἶναι, τοῦτο δ' ὄντων. ἀλλ' ὥσπερ οὐδ' ὁ ἐπάγων λόγος δείκνυσιν. οὐ γὰρ δεῖ τὸ συμπέρασμα ἐρωτᾶν, οὐδὲ τῷ δοθῆναι ἔστι. ἀλλ' ἀνάγκη τοῦτον ὄντων, κἂν μὴ φῇ ὁ λόγος κεῖσθαι. ἆρα ὁ ἄνθρωπος ζῷον, ἢ ἄψυχον; εἶτ' ἔλαβε ζῷον, οὐ συλλελόγισται. πάλιν ἅπαν ζῷον, ἢ πεζόν, ἢ ἔνυδρον. ἔλαβε πεζόν. καὶ τὸ εἶναι τὸν ἄνθρωπον, τὸ ὅλον, ζῷον πεζόν, οὐκ ἀνάγκη ἐν τῷ εἰρημένων. ἀλλὰ λαμβάνει καὶ τοῦτο. διαφέρει δ' οὐδέν, ὅτι πολλῶν, ἢ ὀλίγων ἅπτε ποιεῖν. τὸ αὐτὸ γὰρ ἔστι συλλογίσασθαι μᾶλλον οὖν καὶ ἧττον γένεται τοῖς οὕτω μεταῦσι, καὶ τῷ σκεπτομένῳ συλλογισθῆναι. Τί δὲ κωλύει, τοῦτο ἀληθὲς μᾶλλον τὸ παῖ εἶναι καὶ τὸ ἄνθρωπον, μὴ μᾶλλον τὸ τί ἐστι, μὴ δὲ τὸ τί ἦν εἶναι δηλοῦν; ¶ Ἔτι τί κωλύει ἢ προσθεῖναί τι, ἢ ἀφελεῖν, ἢ ὑπερβεβηκέναι τῆς οὐσίας;

¶ Ταῦτα

4 ¶ Ταῦτα μὲν οὖν παύεται μὲν, ἐνδέχεται δὲ λύσαι, τῷ λαμβάνειν τὰ ἐν τῷ τί ἐστι πάντα, καὶ τὰ ἐφεξῆς τῇ διαιρέσει πιστεύειν, αἰτεῖσθαι μέντοι τὸ ὁρῶντα, καὶ μηδὲν ὠφελεῖν. τοῦτο δὲ αἰεὶ καὶ ὂν, [τὶ ἄπαν εἰς τὴν διαίρεσιν ἐμπίπτει, & μηδὲν ἐλλείπει.] ἀπόδειξιν δὲ οὐδεὶς δεῖ εἶναι[a]. ¶ Ἀλλὰ συλλογισμὸς ὅμως οὐκ ἐνέσται[b]· ἀλλ' εἴπερ, ἄλλου τόπου γινομένου ποιεῖ καὶ τοῦτο μὴ οὐδὲ ἀπόδειξιν. οὐδὲ γὰρ ὁ ἐπαγωγὸς ὅτως δείκνυσιν, ἀλλ' ὅμως δηλοῖ τι. συλλογισμὸν δὲ οὐ λέγει ὁ ἐκ τῆς διαιρέσεως ἐκλέγων[c] τὸν ὁρισμόν. ὥςπερ γὰρ ἐν τοῖς συμπεράσμασι τοῖς ἀπὸ τῆς μέσου, ἐὰν τις εἴπῃ ὅτι τοῦτον ὄντων ἀνάγκη τοδὶ εἶναι, ἐνδέχεται ἐρωτῆσαι τὸ διὰ τί, οὕτως καὶ ἐν τοῖς διαιρετικοῖς ὅροις. τί ἐστιν ἄνθρωπος; ζῷον θνητὸν, πεζόπουν, δίπουν, ἄπτερον. διὰ τί; καὶ ἐκάστην τούτων[d]. ἐρεῖ γὰρ καὶ ὁ εἰπὼν τῇ διαιρέσει, ὡς οἴεται, ὅτι πᾶν ἢ θνητὸν ἢ ἀθάνατον[e]. ὁ δὲ τοιοῦτος λόγος ἅπας, ἂν ἦν ὁρισμός[f]. ὥστε εἰ ἀπεδείκνυτο τῇ διαιρέσει, ἀλλ' ὅρος ὁρισμὸς οὐ συλλογισμὸς γίνεται[g].

¶ Haec igitur *vitia* cum mittuntur quidem: vitari tamen possunt: si accipiantur omnia *attributa* in *quaestione* quid est: & primo postulato, diuisione constituatur *ordo eorum quae* deinceps *in definitione ponendi debent*: ac nihil praetermittatur. hoc autem necessarium *est*, si omnia in diuisionem cadunt, & nihil deest. iam enim indiuiduum esse oportet[a]. ¶ Verum tamē syllogismus non est[b]: sed si *notum facit*, alio modo notum facit. atque hoc non est absurdum: quia fortasse nec inducens demonstrat, aliquid tamen declarat. Per syllogismum autem non colligit, qui ex diuisione eligit[c] definitionē. vt enim in conclusionibus quae sine mediis *inferuntur*, si quis dicat his positis necesse *esse*, vt hoc sit, potest interrogari & quaeri quāobrem: sic etiam *fieri potest* in definitionibus quae per diuisionem probantur. quid est homo? animal mortale, pedes habens, bipes, pennis carens. quid ita? secundum quāque adiectionem[d]. dicet enim & ostendet diuisionē, (vt putat) quia omne *animal est* vel mortale vel immortale[e]. tota autem haec oratio non est definitio[f]. quare *etiam* si demonstretur diuisione, tamen definitio non efficitur syllogismo[g].

a Id est, oportet diuidendo progredi, donec habeatur perfecta definitio: tunc autem dicitur diuidē sperueniss se ad indiuidua: quia non debet amplius diuidere.
b Diuisio non habet vim syllogisticam.
c Paronomasia est in Graecis verbis μὴ λέγει ἐκ τοῦ ἐκλέγειν, quam conatus sum vt cumque Latinè exprimere.
d Dicitur autem eligi definitio ex diuisione, quia non omnia membra diuisionis accipiuntur in definitione: sed semper ex duobus membris oppositis alterum sumitur, alterum retinquitur.
e Vide cōm homo sit animal, necessariō est vel mortalis vel immortalis.
f Id est, haec oratio, animal mortale vel immortale, quae est conclusio syllogismi diuisiui, non est definitio hominis, sed ex ea debet eligi definitio, id est, animal mortale.
g Probatur qui dem aliquid diuisione, semper illa conclusio alterata, homo est vel mortalis vel immortalis: sed non probatur definitio.

1 ¶ *De definitione quidnatis.* 2 *Ratio prima, quia petitur quaesitum.* 3 *Ratio secunda, à simili, quia non concluditur ex definitione syllogismus.* 4 ¶ *De contraria definitione.* 5 ¶ *Ratio eadem contra definitionem quàm contra syllogismum, quia non probant, ex attributis omnibus sieri.*

Quid res sit, non probari per definitionem ipsius quid est, vel rei contrariæ, CAP. VI.

Ἀλλ' ἆρα ὅτι μὲν οὐκ ἐνδέχεται δεῖξαι τὸ τί ἐστι κατ' οὐσίαν, ἐξ ὑποθέσεως ἢ λαβόντα τὸ μὲν τί ἐν εἶδος,

SEd numquid potest ex hypothesi demonstrari quid *res* sit secundum essentiā, *his propositionibus* sumptis quid *res* sit,

nihil aliud *esse quàm* id quod *constat* ex *attributis* in *quæstione* quid est, *& est res proprium*· hæc verò [a] in *quæstione* quid est, sola *attributa*, & totum [b] *esse res* proprium? hæc enim est eius essentia. ¶ An rursus in hac *probatione* sumpsit quid *res* sit? necesse *est* enim per medium [c] probare. ¶ Præterea quemadmodũ in ratiocinatione nõ sumitur quid sit ratiocinari: quia semper propositio ex qua cõstat ratiocinatio, est vel totũ vel pars [d]: ita etiam quid *res* sit, non debet esse in syllogismo. sed seorsum ab iis quæ posita sunt. Et aduersus dubitantem vtrùm hoc conclusum sit, an non, occurrendum est *conclusum* esse, quia hoc erat syllogismus [e]. & aduersus *dicentem* non fuisse cõclusum quid sit, *asserendum est id* fuisse *conclusum*: quia hoc à nobis positum fuerat esse quid *res* sit. Quare necesse est vt conclusum quidpiam sit sine definitione syllogismi, vel ipsius quid est. ¶ *Idem est* [f] & [g] *quis* ex hypothesi ostendat: veluti si essentia mali *est* esse diuiduum: contrarij ve rò *est* essentia contraria, *contrarij inquam* quibuscumque est aliquid contrarium: bonum autem malo *est* contrariũ, & indiuiduũ diuiduo: est igitur boni essentia, esse indiuiduum. Nam [g] hìc quoque probat, cùm sumpserit quid sit: *id* autem sumit vt probet quid sit. Atqui [h] *hæc* diuersa *sunt*. esto [i]. etenim in demonstrationibus sumitur hoc dici de hoc: non tamen *id* ipsum *quod demonstrari debet*, neque *id* cuius est eadem ratio [k], & *quod* reciprocatur [l]. ¶ Iam verò aduersus vtrosque, id est, & *aduersus* eum qui per diuisionẽ probat, & aduersus

τὸ ὂν τῷ τί ἐστιν ἴδιον τιθῶμεν, ἐν τῷ τί ἐστι μόνα, καὶ ἴδιον τὸ παῦν; τοῦτο γὰρ ὅτι τὸ εἶδος ἐστίν. ¶ Ἢ πάλιν εἰληφθε τὸ τί ἦν εἶναι καὶ ἐν τούτῳ· ἀναγκη γὰρ διὰ μέσου δεῖξαι. ¶ Ἔτι ὥσπερ οὐδὲ ἐν συλλογισμῷ λαμβάνεται τί ἐστι τὸ "συλλελογίσθαι· ἀεὶ γὰρ ὅλη, καὶ μέσος, καὶ σχῆσις ἧς ὢν ὁ συλλογισμός· οὕτως οὐ δεῖ τὸ τί ἦν εἶναι ἐν ἑνείναι ἐν τῷ συλλογισμῷ, ἀλλὰ χωρὶς (οὗτο γὰρ κειμένων ἦν) καὶ πρὸς τὸν ἀμφισβητοῦντα, εἰ συλλελόγισται, ἢ μή, τοῦτο, ἀπαντᾶν, ὅτι τοῦτο γὰρ ἦν συλλογισμός [e]· καὶ πρὸς τὸν, ὅτι οὐ τὸ τί ἦν εἶναι συλλελογίσται· ὅτι ναί: τοῦτο γὰρ ἐκεῖτο ἡμῖν τὸ τί ἦν εἶναι· ὥστε ἀναγκη καὶ αὖθ τὸ τί ἐστι συλλογισμὸς εἶναι τὸ τί ἦν εἶναι συλλελογισθαί τι. ¶ Καὶ ὅτι ὑποθέσεως δὲ δεικνύη· οἷον εἰ τῷ κακῷ ἐστι, τῷ διαφερτῷ εἶναι τῷ δι' ἐναντίων, τὸ τῷ ἐναντίῳ εἶναι, ὅσοις ἐστί τι ἐναντίον· τὸ δὲ ἀγαθὸν τῷ κακῷ ἐναντίον, καὶ τὸ διαιρετὸν τῷ διαιρεῖσθαι· ἔστιν ἄρα τὸ ἀγαθῷ εἶναι, τὸ διαιρετῷ εἶναι. ἐπεὶ γὰρ ἐνταῦθα λαβὼν τὸ τί ἦν εἶναι δείκνυσι λαμβάνει δι' εἰς τὸ δεῖξαι τὸ τί ἦν εἶναι, ἕτερον [h] ἴσως τι ἐστὶ. καὶ διὰ δὲ τὰς ἄλλο δείξεσιν, ὅτι ἐστὶ τοῦδε καὶ τοῦδε, ἀλλὰ μὴ αὐτὸ, μηδὲ οὐ ὁ αὐτὸς λόγος [k], καὶ ἀντιστρέφει [l]. ¶ Πρὸς ἀμφοτέρους δὲ, τὸν τε καὶ διαίρεσιν δεικνύντα, καὶ πρὸς

τὸ ν

a Quæ sumpta sunt vt constituentia rei definitionem & essentiam.

b Compositum ex pluribus attributis in quæstione quid est.

c Quod medium est rei essentia & quiditas: ergo quiditas sumitur, vt probetur quiditas. Id est, referrur ad alteram propositionũ & ad conclusionem vt vniuersale ad particulare, vel vt particulare ad vniuersale. at si proponeretur definitio syllogismi, esset propositio omnino diuersa, quippe differret tã subiecto quàm attributo. Proinde nec totius nec partis ratio nem haberet.

d Id est, ex definitione syllogismi ostendendũ est, syllogismũ recte extractũ, & conclusionẽ recte dictã fuisse.

e Æque vitiosa est ratio probãdi definitionem per definitionẽ contrarij.

f Obiicit eum qui probat quid res sit, per definitionẽ contrarij quod est quæstionem: quia vt probet quid sit, recipit quid sit.

g Reffunditur diuersitatis quæ sit in quæstionibus non postulari quæstiones, quas alia est quiditas quæ sumitur, alia quæ probatur. Exempli causã sumitur definitio mali, vt probetur definitio boni.

i Esto dicit, non reffutans rem, concedens quiditates esse diuersas, ostendens tamen nihilominùs peti quæstionem: quia eæ quiditates sunt æquè notæ vel ignotæ, nec magis hæc per illã, quàm illa per hãc probari potest. vnde quæstio peti constat ex lib. 2. Prior. Analyt. cap. 16

k Quod est æquè ignotum atque conclusio, nec minùs potest per eam probari, quàm eam probare.

l Intellige reciprocationem probationis, cùm (vt dixi) propositio æquè per conclusionem probari potest, ac illam probat.

τὸν οὕτω συλλογισμὸν, τὸ αὐτὸ ἀπόρημα· διὰ τί ἔσται ὁ αὐθρωπος ζῷον δίπουν πεζόν[a], ἀλλ' οὐ ζῷον, καὶ πεζόν[b]; ἐν γὰρ τῷ λαμβανομένων οὐδέν ἐστιν αἰτίαν τοῦ εἶναι τὸ κατηγορούμενον· ἀλλ' ὥσπερ εἰ αὐθρωπος ὁ αὐτὸς εἴη καὶ μουσικὸς καὶ γραμματικός[c].

sylle gismum ita extructum, eadem *est* dubitatio, cur homo erit animal bipes pedestre[a]: non animal, & pedestre[b]. ex iis enim quæ sumpta fuerunt, nulla necessitas cogit, vt quod attribuitur, fiat vnum: sed *fortasse perinde erit*, vt idem homo est & musicus, & grammaticus[c].

a Ita vt ex his vnũ fiat. hoc non est propriũ desinitionis, vt ex omnibus eius partibus vnum fiat, auctore Aristot. lib. de interpretatione, cap 3. part. 3.

b Ita vt ex his non fiat vnum.

c Nam ex musico & grammatico, & omnino ex duobus accidentibus nõ fieri vnum didicimus ex lib. de interpr. cap. 11.

Quid res sit, nullo modo probari posse, CAP. VII.

1 *Ratio prima, id est indefinito.* 2 *Ratio sicis data: quia si definiens ostenderet quid sit, simul etiam ostenderet quòd sit. hoc autem simul ostendi non potest: quod probatur ab vnitate eius quod definitio vel demonstratio declarat,* 3 *a distinctione inter rem esse & rei essentiam,* 4 *ac quod scientiæ faciunt,* 5 *& a modo definendi qui sunt in vsu.* 6 *Ratio tertia: quia definitio idem significaret quod nomen. hoc autem falsum esse* 7 *probatur: quia hoc posito, definitum etiam non esset. & non esse* 8 *& omnes orationes essent definitiones:* 9 *at quia nulla scientia probat significationem vel nomen.* 10 *Epilogus.*

Πῶς οὖν δὴ ὁ ὁριζόμενος δείξει τὸν οὐσίαν, ἢ τὸ τί ἐστι; οὔτε γὰρ ὡς ὄντος δείκνυσι οὔτε ὁμολογουμένων[d] τῶν, δῆλον ποιήσει· ὅτι ἀνάγκη ἀκολουθεῖν[e] ὅτιπερ ἐστὶν τὸ εἶναι τοῦτο. οὐδὲ γὰρ τοῦτο[f]. οὐδ' ὡς ἐπὶ τῶν ἄλλων ἄλλο τῷ κατὰ συμβεβηκὸς δῆλον ὅτιπερ, ὅτι πᾶν οὕτως, τοῦ μηδὲν ἄλλως· οὐ γὰρ τί ἐστι δείκνυσιν, ἀλλ' ὅτι ἢ ἐστιν, ἢ οὐκ ἔστι. τίς οὖν ἄλλος τρόπος λοιπός; οὐ γὰρ δὴ δείξει γε τῇ αἰσθήσει, ἢ τοῦ δικεῖν λόγου. ¶ Ἔτι πῶς δείξει τὸ τί ἐστιν αὐθρωπος; ἀνάγκη γὰρ τὸν εἰδότα τὸ τί ἐστιν αὐθρωπος, ἢ ἄλλο ὁτιοῦν, εἰδέναι καὶ ὅτι ἐστί. τὸ γὰρ μὴ ὄν, οὐδεὶς οἶδεν ὅτι ἐστίν, ἀλλὰ τί μὲν σημαίνει ὁ λόγος, ἢ τὸ ὄνομα ὅταν εἴπῃ τραγέλαφος· τί δέ ἐστι τραγέλαφος, ἀδύνατον εἰδέναι. ἀλλὰ μὲν δὴ δείξει τί ἐστι· καὶ ὅτι ἐστὶ, πῶς τοῦ αὐτοῦ λόγῳ δείξει; ὁ, τε γὰρ ὁρισμὸς ἓν τι δηλοῖ, καὶ ἡ ἀπόδειξις. τὸ δὲ τί ἐστιν αὐθρωπος, καὶ τὸ εἶναι αὐθρωπον,

Quomodo igitur definiens probabit essentiam, vel quid sit? non enim planum facit vt demonstrans ex iis[d] quæ esse concenduntur: quia necesse est cùm illa[e] sint, aliud quiddam esse: demonstratio namque hoc *est*[f]. nec vt inducens ex singularibus notis, quòd omne ita *se habeat*, quia nullum aliter *se habeat*[g], *indulto* namque nõ probat quid sit, sed quòd sit, vel non sit. Quis igitur alius modus reliquus est? non enim sanè ostendet sensu, vel digito. ¶ Præterea quomodo ostendet quid sit homo? necesse enim *est*, vt qui cognoscit quid sit homo, aut quiduis aliud, cognoscat etiam quòd sit. quod enim non est, nemo nouit quid sit: sed quid significet oratio, vel nomẽ, *vt* cùm dico hircocerum. quid autem sit hircocerus, cognosci non potest. At verò si ostendet quid sit, quomodo eadẽ oratione ostendet etiam quòd sit? nam definitio vnũ quid declarat, necnon demonstratio quid autem sit homo, & esse ho-

d Propositionibus.

e Illæ propositiones cõcessæ.

f Cõclusionem, quæ est diuersa a propositionibus.

g In definitione autem nihil tale reperitur.

h Quia singula particularia ita se habent.

b Vt in superiori exemplo statim sumebatur propositio immediata α β, vel α γ. Fieri autem potest, vt non statim perueniatur ad propositionem immediatam. veluti si quis probauerit omnes equos esse longæuos, quia sunt quadrupedes. hæc.n. propositio, omnis equus est quadrupes, non est indiuidua & immediata, sed probatur per medium, vacare bile. quicquid enim vacat bile, est longæuum: omnis quadrupes vacat bile: ergo omnis quadrupes est longæua.
c Quorum alterum sub altero collocatur, vt quadrupes collocatur sub eo quod vacat bile.
d Vt vacare bile, & esse quadrupedem, sunt duæ causæ propter quas equus est longæuus. sed quadrupes est potior causa respectu equi: vacare autem bile, est vera causa respectu quadrupedis: vt in sequenti capite declarabitur.

Vtra[e] causa prior sit, propiórne, an magis vniuersalis, CAP. XVIII.

1 *Quæstio.* 2 *Responsio.* 3 *Epilogus.*

VTrum autem medium est causa singulis[f]? *idne* quod ad primum vniuersale, an quod ad singula magis accedit?
¶ Constat igitur *ea media esse causas*, quæ sunt proxima cuique rei, cui causæ sunt[g]. cur enim primum[h] sub vniuersali[i] contentum insit[k], hoc[l] *est* causa: veluti cur πῷ δι insit Θῷ β, causa *est* Θῷ γ. Itaque cur πῷ δι insit Θῷ α, causa *est* Θῷ γ. *cur* autem *insit* πῷ γ, *causa est* Θῷ β. huic verò ipsummet[m].

1 Πότερον δὲ αἴτιον τῷ μέσῳ, τὸ πρὸς καθόλου φῶτον, ἢ τὸ πρὸς τὰ καθέκαστον, τοῖς καθέκαστον;
2 ¶ Δῆλον δὴ, ὅτι τὰ ἐγγύτατα ἑκάστῳ ᾧ αἴτιον[g]. τὸ γὰρ τὸ φῶτον[h] ὑπὸ τὸ καθόλου[i] ὑπάρχειν[k], ἅτ τοῦτο[l] αἴτιον. οἷον τῷ δι τὸ γ τὸ β ὑπάρχειν, αἴτιον. τῷ μὲν οὖν δι τὸ γ αἴτιον τὸ α, τῷ δὲ γ τὸ β, τούτῳ δὲ αὐτό[m].



Bar Quicquid bile vacat, est longæuum:
ba Omnis quadrupes bile vacat:
Ergo
ra Bar Omnis quadrupes est longæuus:
Aequi
ba Omnis equus est quadrupes:
Ergo
ra Omnis equus est longæuus.

e Hæc quæstio oritur ex eo quòd dictum fuit in calce cap. præced.
f Vt πῷ δι.
g Nota medium sumi debere proximum subiecto potiùs quàm affectioni.
h Τὸ β.
i Sub α.
k Τῷ δι.
l Τὸ γ.
m Τὸ γ per se est α. veluti vacans bile est sibi ipsi causa cur sit longæuum.

Περὶ

3 ¶Περὶ μὲν οὖν συλλογισμοῦ καὶ ἀποδείξεως, τί τε ἑκάτερόν ἐστι, καὶ πῶς γίνεται, φανερόν· ἅμα δὲ καὶ σχεδὸν ἐπιστήμης ἀποδεικτικῆς, ταυτὸν γάρ ἐστι[a].

3 ¶De syllogismo igitur ac demonstratione, & quid vtrúque sit, & quomodo fiat, perspicuum est: simúlque de scientia demõstratiua, quoniam idem est[a].

a Id est, idem est tractatus, & eadẽ expositio vtriusque, nimirum demonstrationis & scientiæ demonstratiuæ adeo vt interdum, (vt cap. seq.) demõstratio accipiatur pro scientia demonstratiua.

DE COGNITIONE PRIMORVM PRINCIPIORVM, TRACTATVS VI.

CAP. XIX.

1 *Quæstiones duæ.* 2 ¶*Responsio ad priorem quæstionem. Dubitationes.* 3 *Solutio quæstionis.* 4 *Solutio dubitationum.* 5 *Interpretatur dictam solutionem quæstionis.* 6 ¶*Responsio ad posteriorem quæstionem.*

b *Quæstio prior.*
c *Quæstio posterior.*
d *Fundamentum quæstionum.*

1 ΠΕΡΙ δὲ τῶν ἀρχῶν, πῶς[b] τε γίνονται γνωριμοι, καὶ τίς[c] ἡ γνωρίζουσα ἕξις, ἐν τοῦτον ἔστι δῆλον θεωρήσασι πρῶτον. ὅτι[d] μὲν οὖν οὐκ ἐνδέχεται ἐπίστασθαι δι' ἀποδείξεως, μὴ γνώσιν τὰς πρώτας ἀρχὰς τὰς ἀμέσους, εἴρηται πρότερον[e]. τῶν[f] δ' ἀμέσων τὴν γνῶσιν, καὶ πότερον ἡ αὐτὴ ἔστιν, ἢ οὐχ ἡ αὐτὴ[g], ἀπορήσειεν ἄν τις. ἢ[h] πότερον ἐπιστήμη ἑκατέρου· ἢ οὐ· ἡ τὲ μὴν ἐπιστήμη, τὸ δ' ἕτερόν τι γένος. καὶ[k] πότερον οὐκ ἐνοῦσαι[l] αἱ ἕξεις ἐγγίνονται[m], ἢ ἐνοῦσαι λελήθασιν[n]. ¶Εἰ μὲν δὴ ἔγκειται[o] αὐτὰς, ἄτοπον. συμβαίνει γὰρ ἀκριβεστέρας[p] ἔχοντας[q] γνώσεις ἀποδείξεως[r], λανθάνειν[s]. εἰ δὲ λαμβάνομεν[t] μὴ ἔχοντες πρότερον, πῶς ἂν γνωρίζοιμεν καὶ μανθάνοιμεν ἐκ μὴ προϋπαρχούσης γνώσεως; ἀδύνατον γὰρ, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῆς ἀποδείξεως ἐλέχθη[u]. φανερὸν τοίνυν, ὅτι οὔτε[v] ἔχειν[x] οἷόν τε, οὔτε ἀγνοοῦσι καὶ μηδεμίαν ἕξιν ἐγγίνεσθαι.

1 NVOMODO[b] autẽ principia notafiant, & quis[c] *sit* ea notificans habitus, hinc perspicuum erit, cùm priùs dubitatum fuerit. Non[d] posse igitur quempiam scire per demonstrationem, nisi cognoscat prima principia immediata, dictum antea[e] fuit. Vtrùm[f] autem immediatorum eadem an diuersa[g] sit cognitio, dubitare aliquis possit. & [h] sitne vtriusque[i] scientia: an neutrius: an alterius scientia, alterius diuersùm quoddã *cognitionis* genus. & [k] vtrùm habitus, cùm non insint[l], ingenerentur[m]: an cùm inessent, laterent[n]. ¶Si igitur eos habemus[o], absurdum *est*: accidit enim vt eos[p] qui habẽt cognitiones[q] exquisitiores[r] demonstratione[s], lateat[t]. Si verò *eos* accipimus[u], cùm antea nõ haberemus, quomodo notũ faceremus & disceremus ex non præexistẽte cognitione? *hoc* enim *est* impossibile, vt etiam de demonstratione dicebamus[x]. Perspicuum igitur *est* neque[y] habere[z], nec in ignorantibus ac nullo habitu prædítis gigni posse.

b Quæstio prior.
c Quæstio posterior.
d Fundamentum quæstionum.
e Lib. 1. cap. 2.
f *Posterior quæstionis verbum prosequitur.*
g Diuersa à cognitione conclusionis.
h *Eadem quæstio posterior aliter cõcepta.*
i Id est, principij, & cõclusionis.
k *Repetit priorem quæstionem paulo aliter conceptam.*
l Iam inde ab ortu.
m A nobis acquirantur.
n In infantibus.
o A natura.
p Nempe infantes.
q Id est, cognitionem principiorum.
r Nam cognitio principiorũ est exquisitior & accuratior quàm cognitio conclusionis, vt probatũ fuit lib 1 c. 2.
s Cognitio demonstratiua.
t Id ipsum quod cognoscitur, id est principium.
u Acquirimus.
x Lib. 1. cap. 1.
y Sub cognitionem principiorum.
z A natura.

¶ Quare[a] necesse *est* facultatem quandam haberi, non tamen talem, quæ his præstätior sit quasi exquisitior. Videtur autem hoc inesse *in* omnibus animalibus. habent. n. vim congenitã iudicatiuam, quam appellant sensum. Cùm autem sensus insit: *in* aliis animalibus res sensu percepta manet, *in* aliis [b] non manet. *In* quibus igitur non manet: hæc aut omnino, aut eorum quæ non manent, cognitionem non habent extra quàm cùm sentiunt. alia verò cùm sentiant, vnum quid[c] in anima retinent. Cùm autem multa *animalia* huiusmodi[d] sint, iam est discrimẽ quoddam: adeò vt *in* aliis[e] ratio fiat ex huiusce modi *rerum* memoriâ, *in* aliis [f] non *fiat*. Ex sensu igitur fit memoria, quemadmodum dicimus. ex memoria verò sæpe eiusdem *rei* facta[g], *fit* experientia. multæ enim memoriæ numero, *sunt* vna experientia. at verò ex experientia, siue ex omni & vniuersali quiescente[h] in anima, *nimirum* vno præter multa, quod in omnibus illis inest vnum & idẽ, *sit* principium artis & scientiæ: artis, si *pertineat* ad generationem[i]: scientiæ, si *pertineat* ad id quod est[k]. ¶ Itaque nec insunt[l] definiti habitus[m], nec fiunt ex aliis habitibus notioribus, sed ex sensu. Vt in bello, postquàm *acies* in fugam conuersa est, vno stante alius stetit, deinde alius, donec ad principium peruenit[n]. anima verò talis est, vt possit hoc pati[o]. ¶ Quod autem antea[p] dictum est, non tamen aperte dictum fuit, iterum explicemus. stante enim vno indifferẽte[q], *tunc* primùm in anima *est* vniuersale. etenim sentitur singulare: sensus aũt est *rei* vniuersalis,

a Coniunge lib. 1. prim. e philos. cap. 1.

b Vt in insectis.

c Id est, imaginem rei sensæ perceptæ. huius imaginis retentio vocatur memoria.

d Memoriã præ dicta.

e In hominib.

f In brutis.

g Ex repetita eiusdem rei memoria.

h Manente.

i Ad rem aliquã efficiendam.

k Ad rei cognitionem.

l Ab ortu, & naturaliter.

m Quibus cognoscantur principia.

n Donec res ad pristinum statũ redeat, & actus restituatur.

o Vt in eã plures rerum imagines, aliæ post aliæs, consistere possint.

p Part. 4.

q Id est, vniuersali, quod æquè & sine vllo discrimine refertur in multis singularibus. Videtur autem Aristot. loquide specie specialissima, quæ primùm ex indiuiduis colligitur & abstrahitur, cùm postea ex speciebus pluribus abstrahatur genus.

¶ Ἀνάγκη[a] ἄρα ἔχειν μὲν τινα δύναμιν, μὴ τοιαύτην δ' ἔχειν, ἥ ἐστι τούτων τιμιωτέρα καὶ ἀκρίβειαν. φαίνεται δὲ τὸ τοιοῦτον πᾶσι ζῴοις. ἔχει γὰρ δύναμιν σύμφυτον κριτικήν, ἣν καλοῦσιν αἴσθησιν. ἐνούσης δ' αἰσθήσεως τοῖς μὲν τὴν ζῴων, ἐγγίνεται μονὴ τὰ αἰσθήματος· τοῖς [b] δ', οὐκ ἐγγίνεται. ὅσοις μὲν οὖν μὴ ἐγγίνεται ἢ ὅλως, ἢ ὧνπερ ἃ μὴ ἐγγίνεται, οὐκ ἔστι τούτοις γνῶσις, ἐκτὸς τὰ αἰσθάνεσθαι. ἐν οἷς δὲ, ἔνεστιν αἴσθησις ἔχειν ἔν τι[c] ἐν τῇ ψυχῇ. πολλῶν δ' τοιούτων[d] γινομένων, ἤδη διαφορά τις γίνεται· ὡς τε τοῖς μὲν γίνεσθαι λόγον ἐκ τῆς τοιούτων μνήμης· τοῖς[e] δὲ, μή. ἐκ μὲν οὖν αἰσθήσεως γίνεται μνήμη, ὥσπερ λέγομεν. ἐκ δὲ μνήμης πολλάκις τὰ αὐτὰ γινομένης[g], ἐμπειρία. αἱ γὰρ πολλαὶ μνῆμαι τοῦ ἀριθμοῦ, ἐμπειρία μία ἐστίν. ἐκ δ' ἐμπειρίας[h] ἢ ἐκ παντὸς ἠρεμήσαντος τὸ καθόλου ἐν τῇ ψυχῇ, τὸ ἓν παρὰ τὰ πολλὰ, ὃ ἂν ἓν ἅπασιν ἐν ᾖ ἐκείνοις τὸ αὐτό, τέχνης ἀρχὴ καὶ ἐπιστήμης· ἐὰν μὲν περὶ γένεσιν[i], τέχνης· ἐὰν δὲ περὶ τὸ ὄν[k], ἐπιστήμης. ¶ Οὔτε δὴ ἐνυπάρχουσιν[l] ἀφωρισμέναι αἱ ἕξεις[m], οὔτ' ἐκ ἄλλων ἕξεων γίνονται γνωριμωτέρων, ἀλλὰ διὰ αἰσθήσεως. οἷον ἐν μάχῃ τροπὴ γενομένης, ἑνὸς στάντος, ἕτερος ἕστη, εἶθ' ἕτερος, ἕως ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἦλθεν[n]. ἡ δὲ ψυχὴ ὑπάρχει τοιαύτη οὐσία, οἵα δύναται πάσχειν τοῦτο[o]. ¶ Ὃ δὲ ἐλέχθη μὲν πάλαι[p], οὐ σαφῶς δ' ἐλέχθη, πάλιν εἰπωμεν. στάντος γὰρ τοῦ ἀδιαφόρου ἑνὸς[q], πρῶτον μὲν ἐν τῇ ψυχῇ καθόλου. ἡ δ' αἴσθησις τὰ καθόλου ἐστὶν, οἷον

καὶ γὰρ αἰσθάνεται μὲν τὸ καθέκαστον·

οἷον ἀνθρώπου, ἀλλ' οὐ Καλλίου ἀνθρώπου. πάλιν ἐν τούτοις[a] ἴσται, ἕως ἂν εἰς τὰ ἄμερῆ[b] ᾖ, καὶ[d] τὰ καθόλου· οἷον τιοῦδε[c] ζῷον, ἕως ζῴου καὶ ἐν τούτῳ[e] ἀΐδιον τες. δῆλον δὲ ὅτι ἡμῖν τὰ πρῶτα[h] ἔπαγωγῇ[i] γνωρίζειν ἀναγκαῖον· καὶ γὰρ καὶ ἡ αἴσθησις οὕτω[k] τὸ καθόλου ἐμποιεῖ. ¶ Ἐπεὶ[l] δὲ τῶν ἐξ ἀρχῆς ὑπαρχόντων ἕξεων αἷς ἀληθεύομεν, αἱ μὲν, ἀεὶ ἀληθεῖς εἰσιν αἱ δὲ, ἔνδεχονται τὸ ψεῦδος, οἷον δόξα καὶ λογισμός· ἀληθῆ δ' ἀεὶ ἐπιστήμη καὶ νοῦς· καὶ οὐδὲν ἐπιστήμης ἀκριβέστερον ἄλλο γένος ἢ νοῦς· αἱ δ' ἀρχαὶ τῆς ἀποδείξεως γνωριμώτεραι· ἐπιστήμη δ' ἅπασα μετὰ λόγου ἕξις· τῶν γὰρ ἀρχῶν ἐπιστήμη μὲν οὐκ ἂν εἴη· ἐπεὶ δ' οὐδὲν ἀληθεύσει ἐνδέχεται ἄλλως ἢ ἐπιστήμης ἢ νοῦν, νοῦς ἂν εἴη τῆς ἀρχῆς[m], ἐκ τε τούτου σκοποῦντι καὶ ὅτι ἀπόδειξις ἀρχή, οὐκ ἀπόδειξις, ὥστ' οὐδὲ ἐπιστήμης ἐπιστήμη. εἰ οὖν μηδὲν ἄλλο ἔχομεν γένος ἀληθὲς, νοῦς ἂν εἴη ἐπιστήμης ἀρχή· καὶ ἡ μὲν ἀρχὴ τῆς ἀρχῆς ἐστὶν αὖ[n], ἡ δὲ πᾶσα ὁμοίως ἔχει πρὸς τὸ ἅπαν πρᾶγμα[o].

veluti hominis, non Calliæ hominis. rursus in his[a] consistitur, donec impartibilia[b] stent[c] & [d]vniuersalia: veluti huiusmodi[e] animal *est id in quo statur*, donec animal *in anima stet*. & in hoc itidem *statur, donec aliud magis vniuersale*[g] *stet in anima*. Perspicuum igitur *est*, necesse esse vt prima[h] nobis inductione[i] nota fiant. nam & sensus ita[k] efficit in *anima* vniuersale. ¶ Quoniam[l] igitur habituum qui in mente & ratione *stabilantur*, & veritatis sunt participes, alii semper veri sunt, alii verò falsitatem quoque suscipiunt, vt opinio, & ratiocinatio · semper autem veri sunt scientia & intelligentia· ac nullum aliud *cognitionis* genus præter intelligentiam, *est* exquisitius quàm scientia · principia verò demonstrationum sunt notiora· omnis autem scientia cum ratione est: profectò principiorum scientia nō erit, quia verò nihil scientiâ verius esse potest præter intelligentiam: intelligentia vtique erit principiorum[m]. *quod* non solùm ex his *quæ dixi, probatur, sed* etiam quia demonstrationis principium non est demonstratio: quapropter nec scientiæ *principium est* scientia. si igitur nullum aliud præter scientiam habemus verum *habitus* genus: sanè intelligentia erit scientiæ principium: & principium quidem *scientiæ*, erit *cognitio* principii[n]: omnis autem *scientia seu cognitio* similiter *se* habebit ad omnem rem[o].

a Speciebus specialissimis.
b Vniuersalia dicuntur impartibilia, quia ita in singulis, exempli gratia, totum animal est in vno homine, totum in vno equo. idem de ceteris intelligendum.
c Sub. in anima.
d Er, pro, id est.
e Vt homo vel equus.
f Animali.
g Vt viuens.
h Id est, principia.
i Nam inductio colligit vniuersale ex particularibus.
k Ex particularibus.
l Vide lib. 6 Ethic. Nicom.
m Cognitio principiorum erit intelligentia, sicut cognitio conclusionis est scientia.
n Propositionis immediatæ.
o Sicut enim principium scientiæ est cognitio principii: ita quod efficitur ex principio scientiæ, est cognitio conclusionis. ergo qualis est res cognita, talis est cognitio. nam si res cognita est principii, cognitio est principii. si res cognita est effectus principii, huius rei cognitio est similiter effectus, id est conclusio.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

ΤΟΠΙΚΩΝ

ΒΙΒΛΙΑ Η.

ARISTOTELIS

TOPICORVM

LIBRI VIII.

IVLIO PACIO

interprete.

SYNOPSIS SEV METHODVS LIBRORVM TOPICORVM.

- Dialecticæ duæ sunt partes,
  - Theorica
    - Generalis. *Lib.* 1.
    - Specialis de problemate
      - Accidētis
        - Absoluti. *Lib.* 2.
        - Cōparati. *Lib.* 3.
      - Generis. *Lib.* 4.
      - Proprij. *Lib.* 5.
      - Definitionis. *Lib.* 6. Necnon eiusdē vel diuersi. *Lib.* 7.
  - Practica. *Lib.* 8.

SYNOPSIS SEV METHODVS PRIMI LIBRI

Topici, qui generalia præcepta continet.

- Syllogismo, & eius speciebus. *Cap.* 1.
- Vtilitate huius tractationis. *Cap.* 2.
- Perfecta dialecticæ cognitione. *Cap.* 3.
- De
  - Quibus & ex quibus differatur.
    - Enumeratio. *Cap.* 4.
    - Expositio.
      - De simplicibus.
        - De quatuor differētiis, propositionum & problematum, genere, accidente, proprio, definitione.
          - Definitiones & exēpla. *Cap.* 5.
          - Obiectionis solutio. *Cap.* 6.
          - Quot modis idem dicatur. *Cap.* 7.
          - Nec plures nec pauciores differentias esse. *Cap.* 8.
        - De generibus categoriarum, in quibus dictę differentiæ reperiuntur. *Cap.* 9.
      - De compositis.
        - De propositione. *Cap.* 10.
        - De problemate. *Cap.* 11.
  - Speciebus ratiocinationum. *Cap.* 12.
  - Organis inuentionis.
    - Enumeratio. *Cap.* 13.
    - Expositio.
      - De propositionibus sumendis. *Cap.* 14.
      - De ratione distinguendi. *Cap.* 15.
      - De differentiis inueniendis. *Cap.* 16.
      - De similitudine considerāda. *Cap.* 17.
    - Vtilitas. *Cap.* 18.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΤΟΠΙΚΩΝ ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ.

ARISTOTELIS
TOPICORVM,
LIBER I.

De syllogismo, & eius speciebus, CAP. 1.

1 *Huius operis institutum.* 2 *De principijs hoc capite explicandis.* 3 *De syllogismo.* 4 *De demonstratione.* 5 *De syllogismo dialectico.* 6 *Hypotheoria. quæ sint vera & prima.* 7 *quæ sint probabilia.* 8 *De syllogismo contentioso.* 9 *De paralogismo scientiarum proprio.* 10 *Excusatio.*

1 ΜΕΘΟΔΟΣ τῆς προκειμένης πραγματείας, μέθοδον εὑρεῖν, ἀφ' ἧς δυνησόμεθα συλλογίζεσθαι περὶ παντὸς τοῦ προτεθέντος προβλήματος ἐξ ἐνδόξων· καὶ αὐτοὶ λόγον ὑπέχοντες, μηδὲν ἑαυτοῖς ὑπεναντίον. ¶ Πρῶτον οὖν εἰπεῖν, τί ἐστι συλλογισμὸς, καὶ τίνες αὐτοῦ διαφοραί, ὅπως ληφθῇ ὁ διαλεκτικὸς συλλογισμός· τοῦτον γὰρ ζητοῦμεν ἐν τῇ προκειμένῃ πραγματείᾳ. ¶ Ἔστι δὴ συλλογισμὸς, λόγος, ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν, ἕτερόν τι τῶν κειμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει διὰ τῶν κειμένων. ¶ Ἀπόδειξις μὲν οὖν ἐστιν, ὅταν ἐξ ἀληθῶν καὶ πρώτων ὁ συλλογισμὸς ᾖ, ἢ ἐκ τοιούτων, ἃ διὰ τινων πρώτων καὶ ἀληθῶν τῆς περὶ αὐτὰ γνώσεως τὴν ἀρχὴν εἴληφε. ¶ Διαλεκτικὸς δὲ συλλογισμὸς, ὁ ἐξ ἐνδόξων συλλογιζόμενος. ¶ Ἔστι δὲ ἀληθῆ μὲν

1 PROPOSITVM huius tractationis *est* inuenire methodum, per quã poterimus argumentari de omni proposito problemate ex probabilibus: & ipsi disputationem subeuntes, nihil dicemus repugnans. ¶ Primùm igitur dicendum *est*, quid sit syllogismus, & quæ sint eius differentiæ, vt sumatur syllogismus dialecticus: hunc enim quærimus secundum propositam tractationem. ¶ Syllogismus[a] igitur est oratio, in qua positis quibusdã, aliud quid dam *diuersum* ab iis quæ posita fuere, necessariò accidit ob ea quæ posita sunt. ¶ Demonstratio[b] est, cùm ex veris & primis syllogismus constat: vel ex eiusmodi quæ à quibusdam veris & primis sui cognitionis principium sumpserũt. ¶ Dialecticus syllogismus *est*, qui ex probabilibus cõcludit. ¶ Sunt autẽ vera

[a] Vide lib. 1. Prior. Analyt. cap. 1. part. 9.

[b] Vide lib. 1. Posterior. Analyt. c. 2.

& prima, ea quæ non ab aliis sed à se ipsis fidem habent. non debet enim de scientiarum principiis quærri quamobrem *sint*: sed omnia principia per se ipsa debent esse fide digna. ¶ Probabilia autē sunt, quæ videntur omnibus, vel plerisque, vel sapientibus: atque his vel omnibus, vel plerisque, vel maximè notis & illustribus. ¶ Syllogismus contentiosus *est* qui extruitur ex iis, quæ videntur probabilia, nec tamē sunt: & qui ex probabilibus vel iis quæ videntur probabilia, videtur *esse nec est*. Non enim quicquid videtur probabile, etiam est probabile. nihil enim eorum quæ dicuntur esse probabilia, superficie tenus habet *probabilitatis* imaginem[a]: quemadmodum in principiis rationum contentiosarum accidit. confestim enim & plerumque iis qui etiam parua contueri possunt, perspicua *est* falsi natura quæ in ipsis reperitur. Prior igitur ex dictis contentiosis syllogismis, etiam syllogismus appellator. alter verò *vocator* quidem contentiosus syllogismus, non tamen *simpliciter* syllogismus: quia etsi videtur cōcludere, *re vera* tamen non concludit. ¶ Insuper *sunt* præter dictos omnes syllogismos, paralogismi qui ex iis *constant*, quæ *sunt* aliquarum scientiarum propria: quemadmodum in geometria, & aliis id genus *scientiis* accidit. Videtur enim hic modus differre à dictis syllogismis: quoniam qui falsis descriptionibus vtitur, nec ex veris & primis concludit nec ex probabilibus. quandoquidem in definitionem non ca-

[a] Probabilitatis speciem quādam præbent.

καὶ πρῶτα, τὰ μὴ δι' ἑτέρων, ἀλλὰ δι' αὑτῶν ἔχοντα τὴν πίστιν. οὐ δεῖ γὰρ ἐν ταῖς ἐπιστημονικαῖς ἀρχαῖς ζητεῖσθαι τὸ διότι· ἀλλ' ἑκάστην γὰρ ἀρχῶν, αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν εἶναι πιστήν. ¶ Ἔνδοξα δέ, τὰ δοκοῦντα πᾶσιν, ἢ τοῖς πλείστοις, ἢ τοῖς σοφοῖς· καὶ τούτοις, ἢ τοῖς πλείστοις, ἢ τοῖς μάλιστα γνωρίμοις, καὶ ἐνδόξοις. ¶ Ἐριστικὸς δέ· ὅτι συλλογισμὸς, ὁ ἐκ φαινομένων ἐνδόξων, μὴ ὄντων δέ· καὶ ὁ ὀλίγ ἐνδόξων δέ, ἢ φαινομένων ἐνδόξων, φαινόμενος. οὐ γὰρ πᾶν τὸ φαινόμενον ἔνδοξον, καὶ ἔστιν ἔνδοξον. οὐδὲν γὰρ τῶν λεγομένων ἐνδόξων, ἐκπόλαιον ἔχει πιθανὸν τῷ φαντασίαν, καθάπερ ἐπὶ τῶν πρώτων ἐριστικῶν λόγων ἀρχαὶ συμβέβηκεν ἔχειν· δῆλον γὰρ καὶ [ὡς ὅτι πολλοῖς, τοῖς καὶ σμικρὰ σωρεῦσαι δυναμένοις, καταδηλος ἐν αὐτοῖς ἡ τοῦ ψεύδους ἐστὶ φύσις. ὁ μὲν οὖν πρότερος τῶν ῥηθέντων ἐριστικὸν συλλογισμὸς, καὶ συλλογισμὸς λεγέσθω· ὁ δὲ λοιπὸς, ἐριστικὸς μὲν συλλογισμὸς, συλλογισμὸς δ' οὔ· ἐπεὶ δὴ φαίνεται μὲν συλλογίζεσθαι, συλλογίζεται δ' οὔ. ¶ Ἔτι δὲ τοῖς εἰρημένοις ἅπασιν συλλογισμοῖς, οἱ ἐκ τῶν οἰκείων μὲν μόνον, καθάπερ ἐπὶ τῆς γεωμετρίας, καὶ τῶν ταύτης συγγενῶν ἔχειν. ἔοικε γὰρ ὁ τρόπος οὗτος διαφέρειν τῶν εἰρημένων συλλογισμῶν. οὔτε γὰρ ὃς ἀληθῶν καὶ πρώτων συλλογίζεται ὁ ψευδογραφῶν, οὔτε ὃς ἐνδόξων. εἰς γὰρ τὸν ὅρον οὐκ ἐμπίπτει.

καὶ πρῶτα, τὰ μὴ δι' ἑτέρων, ἀλλὰ δι' αὑτῶν ἔχοντα τὴν πίστιν. οὐ δεῖ γὰρ ἐν ταῖς ἐπιστημονικαῖς ἀρχαῖς ζητεῖσθαι τὸ διότι· ἀλλ' ἑκάστην γὰρ ἀρχῶν, αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν εἶναι πιστήν. ¶ Ἔνδοξα δέ, τὰ δοκοῦντα πᾶσιν, ἢ τοῖς πλείστοις, ἢ τοῖς σοφοῖς· καὶ τούτοις, ἢ τοῖς πλείστοις, ἢ τοῖς μάλιστα γνωρίμοις, καὶ ἐνδόξοις. ¶ Ἐριστικὸς δέ· ὅτι συλλογισμὸς, ὁ ἐκ φαινομένων ἐνδόξων, μὴ ὄντων δέ· καὶ ὁ ὀλίγ ἐνδόξων δέ, ἢ φαινομένων ἐνδόξων, φαινόμενος. οὐ γὰρ πᾶν τὸ φαινόμενον ἔνδοξον, καὶ ἔστιν ἔνδοξον. οὐδὲν γὰρ τῶν λεγομένων ἐνδόξων, ἐκπόλαιον ἔχει πιθανὸν τῷ φαντασίαν, καθάπερ ἐπὶ τῶν πρώτων ἐριστικῶν λόγων ἀρχαὶ συμβέβηκεν ἔχειν· δῆλον γὰρ καὶ [ὡς ὅτι πολλοῖς, τοῖς καὶ σμικρὰ σωρεῦσαι δυναμένοις, καταδηλος ἐν αὐτοῖς ἡ τοῦ ψεύδους ἐστὶ φύσις. ὁ μὲν οὖν πρότερος τῶν ῥηθέντων ἐριστικῶν συλλογισμῶν, καὶ συλλογισμὸς λεγέσθω· ὁ δὲ λοιπὸς, ἐριστικὸς μὲν συλλογισμὸς, συλλογισμὸς δ' οὔ· ἐπεὶ δὴ φαίνεται μὲν συλλογίζεσθαι, συλλογίζεται δ' οὔ. ¶ Ἔτι δὲ τοῖς εἰρημένοις ἅπασιν συλλογισμοῖς, οἱ ἐκ τῶν οἰκείων μὲν μόνον, καθάπερ ἐπὶ τῆς γεωμετρίας, καὶ τῶν ταύτης συγγενῶν ἔχειν. ἔοικε γὰρ ὁ τρόπος οὗτος διαφέρειν τῶν εἰρημένων συλλογισμῶν. οὔτε γὰρ ὃς ἀληθῶν καὶ πρώτων συλλογίζεται ὁ ψευδογραφῶν, οὔτε ὃς ἐνδόξων. εἰς γὰρ τὸν ὅρον οὐκ ἐμπίπτει.

οὔτε

οὔτε γὰρ τὰ τοῖς δοκοῦσι λαμβάνει, οὔτε τὰ τοῖς πλείστοις, οὔτε τὰ τοῖς σοφοῖς· οὐδ' τούτοις, οὔτε τὰ πᾶσιν, οὔτε τὰ τοῖς πλείστοις, οὔτε τὰ τοῖς ἐνδοξοτάτοις· ἀλλ' ἐκ τῶν οἰκείων μόνον τῆς ἐπιστήμης λημμάτων[b], οὐκ ἀληθῶν δέ, τὸν συλλογισμὸν ποιεῖται. τὰ γὰρ ἢ τὰ ἡμικύκλια οὐκ ἐγράφειν μὴ ὡς δεῖ, ἢ γραμμάς τινας ἀγειν μὴ ὡς αὐ ἀγθῆναι, τ ἀδύνατον συλλογισμὸν ποιεῖ). ¶ Εἰδη μὲν οὖν τῶν συλλογισμῶν, ὡς τύπῳ[c] εἰρῆσθαι, ἔστω τὰ εἰρημένα. καθόλου δ', εἰπεῖν ὡς πάντων τῶν εἰρημένων, καὶ τῶν μετὰ ταῦτα ἐνθησομένων, ἕνεκα τοσοῦτον[d], [ἡμῖν] διορίσθω· διότι οὐ δεῖ ἀδύνατος αὐτῶν τὸν ἀκριβῆ λόγον ἀποδοῦναι ζητοῦμεν, ἀλλ' ὅσον τύπῳ δεῖ αὐτῶν βουλόμεθα διελθεῖν, παντελῶς ἡγούμενοι ἱκανὸν κ τοῦτο τῷ προκειμένῳ μεθόδου, τὸ δυνασθαι γνωρίζειν ὁπωσοῦν ἕκαστον αὐτῶν.

dit[a]: quia nec ea sumit quæ omnibus videntur, nec quæ plerisque, nec quæ sapientibus: & his, nec omnibus, nec plerisque, nec nobilissimis: sed ex propriis scientiæ sumptionibus [b], nō tamen veris, syllogismum efficit. nam quia vel semicirculos describit non vt oportet, vel lineas quasdam ducit non quo modo duci debent, paralogismum facit. ¶ Species igitur syllogismorum, vt eas typo [c] complectar, ex sunto quas dixi. vniuersaliter autē de omnibus tam dictis quàm post hæc dicendis eatenus [d] tractandum esse, nobis decretum esto: propterea quòd de harum rerum nulla exquisitam rationē afferendi, cōsilium cepimus, sed quatenus typo hæc percurrere volumus, omnino sufficere putantes secundum propositam methodum, si horum vnūquodque possit quomodocumque notum fieri.

a Id est, ex quibus vt tur, non conuenit definitio eorum quæ sunt probabilia

b Id est, propositionibus.

c Hoc verbum exposui ad cap. 4. Cate gor. part 2.

d Typo, id est, rudi & pingui Minerua.

De vtilitate huius tractationis, CAP. II.

1 ¶ *Prothesis.* 2 ¶ *Enumeratio eorum ad quæ hæc tractatio concludit.* 3 ¶ *Expositio & confirmatio. De exercitatione.* 4 *De congressu.* 5 *De philosophicis scientiis,* 6 *& earum principiis.*

1 Ἐπόμενον δ' ἂν εἴη τοῖς εἰρημένοις εἰπεῖν, πρὸς πόσα τε καὶ ποῖα χρήσιμος ἡ πραγματεία.

2 ¶ Ἔστι δὴ πρὸς ξία, πρὸς γυμνασίαν, πρὸς τὰς ἐντεύξεις, πρὸς τὰς κατὰ φιλοσοφίαν ἐπιστήμας.

3 ¶ Ὅτι μὲν οὖν πρὸς γυμνασίαν χρήσιμος, ἐξ αὐτῆς καταφανές ἐστι. μέθοδον γὰρ ἔχοντες, ῥᾴον πρὸς παντὸς τοῦ προτεθέντος ἐπιχειρεῖν δυνησόμεθα. ¶ Πρὸς δὲ τὰς ἐντεύξεις

1 His quæ dicta sunt, consequens est vt dicamus, ad quot & quæ *sit* vtilis [e] hæc tractatio. ¶ Est igitur *vtilis* ad tria, ad exercitationem, ad congressum, ad philosophicas scientias.

3 ¶ Quòd igitur ad exercitationē *sit* vtilis, ex his perspicuum est: quoniam *hanc* methodum habentes, facile de omni re proposita poterimus argumentari. ¶ Ad congressus autem:

e Conducat.

quia multorum opinionibus enumeratis, non ex alienis, sed ex propriis *singulorum* sententiis potissimum cum eis agere, refellentes quod non recte dicere nobis videbuntur. ¶ Ad philosophicas autem scientias: quia cùm potissimum in veramque partem dubitare, facilè in singulis perspiciemus verum & falsum. ¶ Præterea ad prima cuiusque scientiæ principia. de his enim ex propriis propositæ scientiæ principiis nihil dici potest, quia sunt prima omniũ principia: sed ex iis quæ in singulis probabilia sunt, necesse est de iis [a] dicere. hoc autem vel est proprium vel maximè peculiare dialecticæ [b]. cùm enim sit indagatrix, ad omnium scientiarum principia viam continet [c].

διότι τὰς ἴδιας πολλῶν καταριθμημένοι δόξας, οὐκ ἐκ τῶν ἀλλοτρίων, ἀλλ' ἐκ τῶν οἰκείων διαμάχεσθαι ὁμιλήσομεν πρὸς αὐτούς, μεταβιβάζοντες ὅ, τι ἂν μὴ καλῶς φαίνονται λέγειν ἡμῖν. ¶ Πρὸς δὲ τὰς τῶν φιλοσοφίαν ἐπιστήμας, ὅτι συνάμφω πρὸς ἀμφότερα διαπορῆσαι, μᾶλλον ἐν ἑκάστοις καταφανόμεθα τἀληθὲς καὶ τὸ ψεῦδος. ¶ Ἔτι δὲ πρὸς τὰ πρῶτα τῶν κατὰ ἑκάστην ἐπιστήμην ἀρχῶν. ἐκ μὲν γὰρ τῶν οἰκείων τῶν ἐν τῷ προτεθεῖσαι ἐπιστήμῃ ἀρχῶν, ἀδύνατον εἰπεῖν τι περὶ αὐτῶν, ἐπειδὴ πρῶται αἱ ἀρχαὶ πάντων εἰσί. διὰ δὲ τῶν κατὰ ἕκαστα ἐνδόξων, ἀνάγκη περὶ αὐτῶν διαλεχθῆναι. τοῦτο δ' ἴδιον, ἢ μάλιστα οἰκεῖον τῆς διαλεκτικῆς ἐστιν· ὁδοποιητικὸν γὰρ οὖσα, πρὸς τὰς ἁπασῶν τῶν μεθόδων ἀρχὰς ὁδὸν ἔχει.

[a] Principiis scientiarum.
[b] Id est, hoc aut est munus solius dialecticæ, aut ad eam præcipuè pertinet.
[c] Viam aperit.
[d] Perficiè instituemus hac differendi facultate.
[e] Id est, cùm ea omnia adhibebimus quæ possunt id efficere, quod nobis efficiendum proposuimus.
[f] Ad persuadendum vel sanandum.
[g] Hoc verbo vsus est Vlpianus Iurisconsultus in l. sed si quid 15. §. 2. D. de vsufruct.
[h] Ea ad quæ, vel de quibus rationes & syllogismi extrui dicuntur, sunt problemata & conclusiones. vocantur autem problemata, interquàm probentur aut reconclusiones verò, postquàm probatæ sunt.
[i] Propositiones sunt ex quibus syllogismi constant, vt ipse Aristot. in sequente declarabit.

De perfecta dialecticæ cognitione, CAP. III.

HAbebimus autem perfectè [d] *hanc* methodum, cùm ita habebimus, vt in rhetorica, & medicina, & huiusmodi facultatibus *accidit*. hoc autem est, ex possibilibus efficere quæ voluerimus [e]. neque enim orator omnibus modis persuadebit [f], neque medicus sanabit. sed si nihil eorum quæ adhiberi possunt [g], prætermiserit: sufficienter [h] cum habere scientiam dicemus.

Ἕξομεν δὲ τελείως τὴν μέθοδον [d], ὅταν ὁμοίως ἔχωμεν, ὥσπερ ἐπὶ ῥητορικῆς καὶ ἰατρικῆς, ἢ περὶ τοιούτων δυνάμεων. τοῦτο δ' ἐστί, τὸ ἐκ τῶν ἐνδεχομένων πιθανῶς, ἃ προσῆκεν οὕτω μεθοδεύειν [e]. οὔτε γὰρ ὁ ῥητορικὸς ἐκ παντὸς τρόπου πείσει, οὔτ' ὁ ἰατρὸς ὑγιάσει. ἀλλ' ἐὰν περὶ ἐνδεχομένων μηδὲν παραλείπῃ, ἱκανῶς [g] αὐτὸν ἕξειν τὴν ἐπιστήμην φήσομεν.

De quibus, & ex quibus disseratur, CAP. IV.

1 *Prothesis.* 2 *Enumeratio.* 3 *Expositio.* 4 *Collatio propositionis & problematis, ex qua confirmatur quod dictum fuit in secunda particula, pariaque numero esse problemata & propositiones.*

PRimùm igitur videndum est, [i] ex quibus *hæc* methodus cõstet. Si igitur exposuerimus ad[h] quot, & quæ, & ex [i] quibus ratio-

Πρῶτον μὲν θεωρητέον, ἐκ τίνων ἡ μέθοδος. εἰ δὴ λάβοιμεν πρὸς πόσα, καὶ ποῖα, καὶ ἐκ τίνων οἱ λό-

γοι, καὶ πῶς τούτων ἁπορήσομεν[b]. ἐχομεν δὲ ἱκανῶς τὸ προκείμενον.

2 ¶ Ἐστι δὲ ἀριθμῷ ἴσα καὶ τὰ αὐτά, ὅσ' ὧν τε οἱ λόγοι, καὶ ἐξ ὧν οἱ συλλογισμοί. γίνονται μὲν γὰρ οἱ λόγοι ἐκ τῶν προτάσεων. ἐξ ὧν δὲ γίνονται οἱ συλλογισμοί, τὰ προβλήματά ἐστι. πᾶσα δὲ πρότασις, καὶ πᾶν πρόβλημα, ἢ γένος, ἢ ἴδιον, ἢ συμβεβηκός δηλοῖ. καὶ γὰρ τῷ διαφορὰν ὡς ὅταν γένει ᾖ, ὁμοῦ τοῦ γένει παντὸν[d]. ἐπεὶ δὲ τὰ ἴδιον τὸ μὲν τὸ τί ἦν εἶναι σημαίνει, τὸ δὲ οὐ σημαίνει· διηρήσθω τὸ ἴδιον εἰς ἄμφω τὰ προειρημένα μέρη· καὶ καλείσθω, τὸ μὲν τὸ τί ἦν εἶναι σημαῖνον, ὅρος· τὸ δὲ λοιπόν, κατὰ τινὰ κοινὴν αἴρεσιν ἀποδοθεῖσαν ὀνομασίαν προσηγορίαν ἐνδεχόμενον. ἴδιον δὴ λέγω οὗ ἐστὶν εἰρημένων, ὅτι καθ' αὑτοῦ μόνου διαιρεῖται, τὰ δὲ ἄλλα τὰ πάντα συμβαίνει γίνεσθαι, ἢ ἴδιον, ἢ ὅρον, ἢ γένος, ἢ

3 συμβεβηκός. ¶ Μηδεὶς δὲ ἡμᾶς [a]ὑπολάβῃ λέγειν, ὅτι ἑκάστου τούτων καθ' αὑτὸ λεγομένου, πρότασις ἢ πρόβλημά ἐστιν, ἀλλ' ὅτι ἀπὸ τούτων καὶ τὰ προβλήματα,

4 καὶ αἱ προτάσεις γίνονται. ¶ Διαφέρει δὲ τὸ πρόβλημα καὶ ἡ πρότασις τῷ ξόπῳ. οὔτε μὲν γὰρ ῥηθέντος, ἆρά γε τὸ ζῷον πεζὸν δίπουν, ὁρισμός ἐστιν ἀνθρώπου; καὶ, ἆρά γε τὸ ζῷον γένος [ἐστὶ] τοῦ ἀνθρώπου; πρότασις γίνεται. ἐὰν δὲ, πότερον τὸ ζῷον πεζὸν δίπουν, ὁρισμός ἐστι ἀνθρώπου ἢ οὔ; πρόβλημα γίνεται. ὁμοίως δὲ καὶ ὅτι τῷ ἄλλων ὧστ' εἰσὶ τοῦ ἴσα τῷ ἀριθμῷ τὰ προβλήματα, καὶ αἱ προτάσεις εἰσίν. ἀπὸ πάσης γὰρ προτάσεως προβλ[illegible] μεταβάλλων τῷ ξόπῳ.

nes *extruantur*[a], & quo modo his abundabimus:[b] satis id quod propositum, consequemur. ¶ Sunt autem numero paria & eadem, & *ea* ex quibus rationes *constant*, & *ea* de quibus syllogismi *conficiuntur*. fiunt enim rationes ex propositionibus. *ea* verò de quibus fiunt syllogismi, sunt problemata. omnis autem propositio, & omne problema, aut genus aut proprium aut accidens declarant. nam differentia, cùm sit generalis[c], vnà cũ genere *est* collocanda[d]. Quia verò propriũ aliud *est quod* significat quid *res* sit, aliud *quod* non significat: diuidatur proprium in has duas partes: vocetúrque id, quod significat quid *res* sit, Definitio: alterum verò secundum appellationem communiter his attributum, appelletur Proprium. Ex dictis igitur perspicuum *est*, secundum præsentem diuisionem accidere vt quatuor omnia fiãt: *id est* vel proprium, vel definitio, vel genus, vel accidens.

3 ¶ Nemo autem nos dicere existimet, horum vnumquodque per se dictum, esse propositionẽ aut problema, sed ex his problemata & propositiones fieri. 4 ¶ Iã verò propositio & problema differunt modo. nam si ita dicatur, Nónne animal pedestre bipes, est hominis definitio? &, Nónne animal est genus hominis? propositio efficitur. si verò *dicatur*, vtrùm animal pedestre bipes, est hominis definitio, an non? próblema efficitur. similitérque *dicendum est* de aliis. Meritò igitur paria numero sunt problemata & propositiones. quoniam ex omni propositione problema facies, si modum commutaueris.

[a] Vel disputationes conficiantur
[b] Horum copia nobis suppetat.
[c] Hic locus vide tur fautre eorum sententiæ, qui putant nullam esse differentiã propriã species specialissimæ. Sed vi deamus ne Aristot. hoc loco eas prætermiserit, qa sũt ignotę. vt de his disputari non soleat. vnde eas qualitatibus circũscribere solemus.
[d] Generi conuenienda, & generis appellatione cõprehẽdenda est.
[e] Et retrò, ex omni problemate propositionem.

2. Anal. 2. c. 1.

2. inuicem.

Quid sit definitio, genus, proprium, & accidens, CAP. V.

1 *Prætiosis.* 2 *De definitione:* 3 *& de expositione verbi obscurioris per verbum notius:* 4 *& de quæstione, vtrùm sit idem an diuersum.* 5 *De proprio.* 6 *De genere,* 7 *& de quæstione an aliqua sint in eodem genere.* 8 *De accidente,* 9 *& rerum comparatione ab accidentibus sumpta.* 10 *An accidens possit esse proprium.*

DIcendum autem *est* quid sit definitio, quid genus, quid proprium, quid accidens. ¶ Est autem definitio, oratio quæ significat quid res sit. Adhibetur autem aut oratio pro nomine[a], aut oratio pro oratione[b]. possunt enim etiam nonnulla, quæ oratione significantur, definiri. ¶ Eos verò qui nomen adhibent[c], perspicuum est non adhibere rei definitionem: quoniam omnis definitio est oratio quædam. attamē hoc quoque ad definitionem referri debet[d]. veluti, honestū est quod decet. ¶ Itémque hoc, vtrùm idem sit sensus & scientia, an aliud. *cùm* enim circa definitiones *versamur*, plurimum studii in eo ponimus, vtrùm sit idem an diuersum. Et, *vt* absolutè *loquar*, definitiua omnia vocentur, quæ sunt sub eadem methodo, sub qua est definitio. Quòd autem omnia quæ nunc dixi, sint eiusmodi, ex his perspicuum *est*. cùm enim potemus quòd idem *sit* & quòd diuersum, disserendo *probare*, eodem modo abundabimus argumentis ad definitiones *pertinentibus*. ostendentes enim non idē esse, euertemus definitionē. Sed non conuertitur, quod nunc dixi. non enim sufficit ad confirmandam definitionem, si ostendatur idem esse[f]: sed ad euertendam sufficit, si ostendatur non idem esse. ¶ Proprium verò est, quod non declarat quid *res* sit, sed soli inest, & cum re reci-

a Vt, homo est animal rationale mortale.

b Veluti, Non moueri casibus fortuitis, est res aduersas forti & constanti animo, secundas autem æquo animo & moderatè ferre.

c Vt notiori vocabulo ignotius declarent.

d Eadem metho do, qua definitio tractari debet.

e Generaliter, & omnia semel con plectens.

f Nam idem est (exempli gratiâ) indumentum & vestimētum: neutrum tamen est definitum, aut definitio.

Ἐκτέον δὲ, τί ὅρος, τί ἴδιον, τί συμβεβηκός. ¶ Ἔστι δὲ ὅρος μὲν, λόγος ὁ τὸ τί ἦν εἶναι σημαίνων. ἀποδίδοται δὲ ἢ λόγος αὐτὶ ὀνόματος[a], ἢ λόγος αὐτὶ λόγου[b]. δυνατὸν γὰρ καὶ περὶ ὑπὸ λόγου τινὰ σημαινομένων ὁρίσασθαι. ¶ Ὅσοι δ' ὀνόματι τῷ ἀποδόσιν ποιοῦνται[c], δῆλον ὡς οὐκ ἀποδίδασιν οὗτοι τὸν τοῦ πράγματος ὁρισμόν· ἔτι δὴ πᾶς ὁρισμὸς, λόγος τίς ἐστιν. ὁρικὸν μέντοι καὶ τὸ τοιοῦτον θετέον[d]. οἷον ὅτι καλὸν ἐστὶ τὸ πρέπον. ¶ Ὁμοίως δὲ καὶ, τὸ πότερον ταὐτὸν αἴσθησις καὶ ἐπιστήμη, ἢ ἕτερον. καὶ γὰρ περὶ τοὺς ὁρισμοὺς πότερον ταὐτὸν, ἢ ἕτερον, ἢ πλείω γένεται διαιρέσεις. ἁπλῶς[e] δὲ ὁρικὰ πάντα λεχθήσω, τὰ ὑπὸ τὴν αὐτὴν ὁδὸν μέθοδον τοῖς ὁρισμοῖς. ὅτι δὲ πάντα τὰ νῦν ῥηθέντα τοιαῦτά ἐστι, δῆλον ἐκ τῶνδε. δυνάμενοι γὰρ ὅτι ταὐτὸν, καὶ ὅτι ἕτερον, διαλέγεσθαι, περὶ αὐτῷ ἕπεται καὶ περὶ τοὺς ὁρισμοὺς ἐπιχειρεῖν διπορήσαμεν, δείξαντες γὰρ ὅτι οὐ ταὐτόν ἐστιν, ἀνῃρήκαμεν τὸν ὁρισμόν. οὐ μὴν ἀποστρέφει τὸ νῦν ῥηθὲν οὐδ' ἱκανὸν πρὸς τὸ κατασκευάσαι τὸν ὁρισμὸν, τὸ δεῖξαι ταὐτὸν ὄν[f]. πρὸς μὲν οὖν τὸ ἀνασκευάσαι, αὔταρκες τὸ δεῖξαι ὅτι οὐ ταὐτόν. ¶ Ἴδιον δέ ἐστιν, ὃ μὴ δηλοῖ μὲν τὸ τί ἦν εἶναι, μόνῳ δὲ ὑπάρχει, καὶ ἀντικατη-

a Vt, homo est animal rationale mortale.

b Veluti, Non moueri casibus fortuitis, est res aduersas forti & constanti animo, secundas autem æquo animo & moderatè ferre.

c Vt notiori vocabulo ignotius declarent.

d Eadem metho do, qua definitio tractari debet.

e Generaliter, & omnia semel con plectens.

f Nam idem est (exempli gratiâ) indumentum & vestimētum: neutrum tamen est definitum, aut definitio.

γορεῖται τῷ προσώπατος. οἷον ἴδιον ἀνθρώπου, τὸ γραμματικῆς εἶναι δεκτικόν. εἰ γὰρ ἄνθρωπός ἐστι, γραμματικῆς δεκτικός ἐστι· καὶ εἰ γραμματικῆς δεκτικός ἐστιν, ἄνθρωπός ἐστιν. οὐδεὶς γὰρ ἴδιον λέγει τὸ ἐνδεχόμενον ἄλλῳ ὑπάρχειν· οἷον τὸ καθῆσθαι ἄνθρώπῳ· οὐδὲ αὐ τύχῃ, κατά τινα χρόνον μόνῳ ὑπάρχον. εἰ δ' ἄρα τι καὶ λέγοιτο τῷ τοιοῦτον ἴδιον· οὐχ ἁπλῶς ἀλλὰ ποτὲ, ἢ πρός τι ἴδιον ῥηθήσεται. τὸ μὲν γὰρ ὂν δεξιὸν ἐστί, ποτὲ ἴδιόν ἐστι. τὸ δὲ δίπουν, πρός τι ἴδιον τυγχάνει λεγόμενον, οἷον τοῦ ἀνθρώπῳ πρὸς ἵππον καὶ κυνός. ὅτι δὲ τῷ ἐνδεχόμενον καὶ ἄλλῳ ὑπάρχειν, οὐδὲν αὐτικατηγορεῖται, δῆλον· οὐ γὰρ ἀναγκαῖον, εἴ τι καθέδεται [ἄλλο,] ἐκεῖνο καθῆσθαι ἐστί). ¶ Γένος[a] δέ ἐστι, τὸ κατὰ πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ εἴδει ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορούμενον. ἐν τῷ τί ἐστι δὲ κατηγορεῖσθαι τοιαῦτα λεγέσθω, ὅσα ἁρμόττει ἐρωτηθέντας διορισασθαι τί ἐστι τὸ προκείμενον[b]. καθάπερ δεῖ τὸ ἄνθρώπου ἁρμόττει, ἐρωτηθέντας τί ἐστι τὸ προκείμενον, εἰπεῖν, ὅτι ζῷον. ¶ Γενικὸν[c] δὲ καὶ τὸ, πότερον ἐν τῷ αὐτῷ γένει ἄλλο ἄλλῳ, ἢ ἐν ἑτέρῳ. καὶ γὰρ τὸ τοιοῦτον ὑποτιθεὶς αὐτὸ μέθοδον πάσῃ τῷ γένει. διαλαχθέντες γὰρ ὅτι τὸ ζῷον γένος τοῦ ἀνθρώπου, ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ βοός, διειλεγμένοι ἐσόμεθα ὅτι ταῦτα ἐν τῷ αὐτῷ γένει. εἰ δὲ τῷ μὲν ἑτέρῳ δείξομεν ὅτι γένος ἐστὶ, τῷ δὲ ἑτέρῳ ὅτι οὐκ ἔστι, διειλεγμένοι ἐσόμεθα ὅτι οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ γένει ταῦτά ἐστι.

procatur. Vt proprium hominis est, grammaticæ susceptiuum esse: quia si homo est, grāmaticæ susceptiuus est: & retrò si grammaticæ susceptiuus est, homo est. Nemo enim propriū appellat id quod potest alij inesse, vt dormire homini, ne quidem si accidat aliquo tempore vt soli insit. Si quis itaque etiam tale quidpiam vocaucrit proprium: non simpliciter, sed aliquando, aut *per relationem* ad aliquid, appellabitur proprium. Nam esse à dextra, aliquando proprium est. bipes autem *per relationem* ad aliquid, vocatur proprium: vt homini *per relationem* ad equum & canem. Quòd autem nihil eorum quæ alij possunt inesse, reciprocè attribuatur, manifestum *est*. non enim necesse est, si quid aliud dormit, id hominem esse. ¶ Genus[a] autē est, quod pluribus & differētibus specie attribuitur in *quæstione* quid est. In *quæstione* quid est, ea dicuntor attribui, quæ aptè respondentur, cùm rogatur quid sit res proposita[b]. vt ad interrogationem quid sit homo, aptè respondetur esse animal. ¶ Generale *est*[c] hoc quoque, vtrùm aliquid in eodem in quo aliud genere sit, an in diuerso. hoc enim sub eandem methodum cadit, sub quam genus. cùm enim differendo probauerimus animal esse genus hominis, & similiter bouis: hæc in eodem genere *collocari* probauerimus. at si alterius esse genus, alterius non esse ostenderimus: non esse hæc in eodem genere probauerimus.

a Vide cap. 2. Porphyr. vbi tribuit hanc definitionem genii, quod angustè accipitur & distinguitur à differentia, etsi Aristoteles hoc loco appellatione generis complectatur differentiam.

b Qua de re agitur.

c Id est, eadem qua genus, methodo tractari debet.

a Vide cap. 6. Porph.

¶Accidens [a] autem est, quod nihil horum est, *id est* nec definitio, nec proprium, nec genus: inest autem rei. & , quod cuiuis *rei* vni & eidem potest inesse, & non inesse. Vt sedere potest eidem alicui inesse, & non inesse. similitérque album. nihil enim prohibet quo minùs idem modò sit album, modò non album. Harum autem accidentis definitionum secunda est melior. nam prima *definitione* allata, necesse *est*, si quis est *eam* intellecturus, vt priùs cognoscat, quidnam sit definitio, & genus, & proprium. secunda verò per se perfecta est & sufficiens ad notificandum quidnam sit id quod dicitur [b]. ¶ Adiungantur autem accidenti etiam mutuæ *rerum* collationes, quomodocumque ab accidente ductæ. veluti, vtrùm bonum an vtile sit magis eligendum: &, vtrùm iucundior sit vita quæ *est* secundum virtutem, an quæ secundum frui tionem [c]: & si quid aliud consimiliter dicitur. in his enim omnibus quæritur, vtri magis attributum accidit. ¶Ex his autem perspicuum *est*, nihil prohibere quo minùs accidens interdum & *per relationem* ad aliquid, proprium fiat. veluti sedere, quod est accidens, cùm quis solus sedet, tunc temporis proprium *eius* erit. cùm autem solus sedet, *relatione habita* ad non sedentes, proprium *est*. Quocirca nihil vetat, quo minùs accidens per relationem ad aliquid & interdum efficiatur proprium. simpliciter autem non erit proprium.

b Id est, quid sit accidens.

c Quæ in voluptatis fruitione consistit.

8 ¶Συμβεβηκὸς [a] δέ ἐστιν, ὃ μηδὲν μήτε τοῦτον ἔστι, μήτε ὅρος, μήτε ἴδιον, μήτε γένος, ὑπάρχει δὲ πρὸς πρᾶγμα. καὶ ὃ ἐνδέχεται ὑπάρχειν ὁτῳοῦν ἑνὶ καὶ πρὸς ἅπαν, καὶ μὴ ὑπάρχειν. οἷον τὸ καθῆσθαι ἐνδέχεται ὑπάρχειν τινὶ πρὸς ἅπαν, καὶ μὴ ὑπάρχειν. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ λευκόν· τὸ γὰρ αὐτὸ, οὐδὲν κωλύει ὁτὲ μὲν λευκὸν, ὁτὲ δὲ μὴ λευκὸν εἶναι. ἔστι δὲ τῶν συμβεβηκότος ὁρισμῶν ὁ δεύτερος βελτίων. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ἀναγκαῖον τοῦ εἰδέναι τί ποτέ ἐστιν ὅρος, καὶ γένος, καὶ ἴδιον. ὁ δὲ δεύτερος, αὐτοτελὴς ἐστὶ πρὸς τὸ γνωρίζειν τί ποτέ ἐστι τὸ λεγόμενον, καθ' αὑτό. ¶Προσκείσθωσαν δὲ τῷ συμβεβηκότι, καὶ αἱ πρὸς ἄλληλα συγκρίσεις, ὁποσουοῦν τὸ συμβεβηκότος λεγόμενα. οἷον πότερον τὸ καλὸν, ἢ τὸ συμφέρον, αἱρετώτερον· καὶ πότερον ὁ κατ' ἀρετὴν, ἢ κατ' ἀπόλαυσιν [c], ἡδίων βίος, καὶ εἴπ' ἄλλο ὁτιοῦν τυγχάνει τούτοις λεγόμενον. ὅτι παντὸν μᾶλλον τὸ κατηγορούμενον συμβέβηκεν, ἢ ῥήσεις γίνεται. ¶Δῆλον δὲ ἐκ αὐτῶν, ὅτι τὸ συμβεβηκὸς οὐδὲν κωλύει ποτὲ καὶ πρός τι ἴδιον γίνεσθαι. οἷον τὸ καθῆσθαι, συμβεβηκὸς ὄν, ὅταν τις μόνος καθηται, [ποτε] ποτὲ ἴδιον ἔσται. μόνου δὲ καθημένου, πρὸς τοὺς μὴ καθημένους ἴδιον. ὥστε καὶ πρός τι, καὶ ποτὲ, οὐδὲν κωλύει τὸ συμβεβηκὸς ἴδιον γίνεσθαι. ἁπλῶς δὲ ἴδιον οὐκ ἔσται.

Obic-

Obiectionis solutio, CAP. VI.

1 *Obiectio.* 2 *Solutio.*

ΜΗ λανθανέτω δ' ἡμᾶς, ὅτι τὰ πρὸς τὸ ἴδιον, καὶ τὸ γένος, καὶ τὸ συμβεβηκὸς πάντα λεγόμενα, καὶ πρὸς τοὺς ὁρισμοὺς ἁρμόσει λέγεσθαι. δείξαντες γὰρ ὅτι οὐ μόνῳ ὑπάρχει τοῦ ὑπὸ τὸν ὁρισμὸν[a], ὥσπερ ἂν εἰ τὸ ἰδίου[b], ἢ ὅτι οὐ γένους τὸ δοθὲν ἐν τῷ ὁρισμῷ, ἢ ὅτι οὐκ ὑπάρχει τι τῶν ἐν τῷ λόγῳ ῥηθέντων, ὅπερ ἐν τῷ συμβεβηκότος αἰρῇ ῥηθείς[c], ἀνῃρηκότες ἐσόμεθα τὸν ὁρισμόν. ὥστε καὶ τὸν ἐμπροσθεν δοθέντα λόγον, ἅπαντ' αἴ ἔστιν ἔχον τινὰ ὁρισμὸν τὰ κατειλημμένα. ¶ Ἀλλ' ἡ δι' ἁπάντων μίαν ἐπὶ πάντων καθόλου μέθοδον ζητητέον. οὔτε γὰρ ῥᾴδιον εὑρεῖν τοῦτ' ἔστιν. εἰθ' εὑρεθείη, παντελῶς ἀσαφὴς καὶ δύσχρηστος αἴ ἐστι πρὸς τὰ προκείμενα πραγματείαν. ἰδίας δὲ καθ' ἕκαστον τῶν διορισθέντων τρόπων δοτέον μεθόδους, ῥᾷον ἐν τῷ ἕκαστον οἰκείων ἡ διέξοδος ποιεῖσθαι αἴ. ὥστε καθόλου τύπῳ μὲν καθάπερ εἴρηται πρότερον, διαιρετέον τῶν δὲ λοιπῶν τὰ μάλιστ' ἐκάστοις οἰκεῖα τοῖς προτάττειν, ὁρικά τε καὶ ἰδιωτικὰ προσυγγράφοντας αὐτά. χρεὼν δὲ πρῶτον πάντα τὰ ῥηθέντα πρὸς ἑκάστης[e].

NOs autem *hoc* non lateat, *ea* omnia quæ ad propriũ, & *quæ ad* genus, & *quæ ad* accidens referuntur, etiam definitionibus aptari posse. nam si ostenderimus non *ei* soli inesse, quod *est* sub definitione[a], vt & in proprio *sit*[b] · vel *id* quod in definitione assignatum est, non esse genus · vel eorum quidpiam quæ in definitione continentur, non inesse, quemadmodum etiam in accidente dici posset[c]: definitionem euertemus. Quare secũdum rationem paulo antè adductam, *ea* omnia quæ numerauimus, aliquo modo ad definitionem reducentur. ¶ Sed non propterea vna in omnibus vniuersalis methodus quærenda *est*. neque enim hoc facile est inuentu. & si fuerit inuentum, *talis methodus* esset omnino obscura, & inutilis ad propositam tractationem. at si propria singulorum definitorum generũ[d] methodus explicabitur: facile erit, ex iis quę cuiusque rei propria sunt, de re proposita disserere. Quocirca vniuersaliter ac typo (vt antea[e] dictum fuit) diuidendum est. cęterorum autem quæ maximè singulis propria sunt[f], eis adiungi, & definitiua, aut generalia appellari debent. Ferè autem hæc quæ *nunc* dixi, singulis adiuncta fuerunt.[g]

a Id est, non soli definito.
b Proprium enim euertitur, si ostendatur non soli inesse.
c Ad euertendũ accidens.
d Id est, definitionis, proprii, generi, accidẽtis.
e Cap. 2. part. vlt.
f Id est, quæ tractantur eadẽ methodo, qua definitio, vel proprium &c.
g Cap. præced. vbi ad quæstionẽ definitionis reduxit quæstionem de eodem vel diuerso, & expositionẽ per vocabulum notiusue ad problema generis reduxit quæstionem sit in eodem an in diuerso genere: & ad problema accidentis reduxit rerum comparationem.

Idem quot modis dicatur, CAP. VII.

1 *Prothesis.* 2 *Distinctio.* 3 *Obiectionis solutio.* 4 *Membrorum inter se collatio.* 5 *Eiusdem numero subdistinctio.* 6 *Quæ argumento quodam comprobatur.* 7 *Epilogus.*

PRimùm autem omnium, definiendum *est* quot modis idem dicatur. ¶ Videri autem possit idem, vt typo explicem, tripertitò distributum esse. aut enim numero, aut specie, aut genere[a] idem soliti sumus appellare. numero quidem, cùm nomina sunt plura, res autem vna: vt indumentum, & vestimentum. specie verò *eadem dicimus*, quæ, cùm plura sint, specie non differunt: vt duos homines, & duos equos. ea namque specie dicuntur eadem, quæ sub eadem specie sunt. similitérque genere eadem, quæ sub eodem genere sunt, vt homo & equus. ¶ Videri autem possit, aquam quæ ex eodem fonte manat, alio modo dici eandem quàm superiora. verumtamen in iis numerãda est, quæ sub eadem specie quoquo modo *esse* dicuntur. hæc enim omnia syngenea & consimilia inter se videntur esse. Omnis enim aqua est specie eadem cum omni aqua[b], quoniam habent *inter se* similitudinem quandam. aqua autem ex eodẽ fonte manans, nulla alia *ratione* differt *ab aliis aquis quæ eadem dicũtur*, nisi quòd vehemẽtior est similitudo[c]. Proinde non sciungimus[d] ab iis quę quoquo modo secundum vnam speciem dicuntur. ¶ Maximè autem (*vt* in confesso *est*) quod est vnum numero, videtur ab omnibus idem dici. ¶ Solet autem & hoc dici multis modis. sed maximè propriè & primùm, quando nomine, aut definitione eadem dicuntur: vt indumentum, & vestimentum: necnon animal pedestre bipes, & homo. secundo *loco* cùm proprio *eadem dicuntur*: vt scientiæ susceptiuum, & homo:

a Adde vnum proportione, ex lib. 4. primæ philosoph. cap. 6.

b Id est, quælibet aqua ab alia aqua non differt specie.

c Maior est similitudo inter aquas ex eodem fonte manãtes, quàm ex diuersis.

d Aquas eiusdẽ fontis.

Πρῶτον δὲ πάντων ὁρίσασθαι ταυτὸ διορισέον, ποσαχῶς λέγεται. ¶ Δόξειε δ' ἂν τὸ ταυτὸν, ὡς τύπῳ λαβεῖν, τριχῇ διαιρεῖσθαι. ἢ γὰρ ἀριθμῷ ἢ εἴδει, ἢ γένει[a]· τὸ μὲν γὰρ ἀριθμῷ ἓν εἶναι λέγομεν, ὅταν ὀνόματα πλείω, τὸ δὲ πρᾶγμα ἕν· οἷον ἱμάτιον καὶ ἔνδυμα. εἴδει δὲ, ὅσα πλείω ὄντα, ἀδιάφορα κατὰ τὸ εἶδος ἐστί· καθάπερ ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ, καὶ ἵππος ἵππῳ. τὰ γὰρ τοιαῦτα τῷ εἴδει λέγεται ταυτὰ, ὅσα ὑπὸ τὸ αὐτὸ εἶδός ἐστιν. ὁμοίως δὲ καὶ ὅσα τοιαῦτα, ὅσα ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος ἐστίν. οἷον ἵππος ἀνθρώπῳ. ¶ Δόξειε δ' ἂν τὸ ὕδατος τῆς αὐτῆς κρήνης ὕδωρ, τῶν λεχθέντων ἄλλως ἔχειν τινὰ διαφορὰν πρὸς τὰ εἰρημένα ῥόπου. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ τοιοῦτόν γε ἐν τῷ αὐτῷ τετάχθω τοῖς καθ' ἓν εἶδος ὁπωσοῦν λεγομένοις. ἅπαντα γὰρ τὰ τοιαῦτα, συγγενῆ ἔοικε καὶ παπλήσια ἀλλήλοις εἶναι. πᾶν μὲν δὴ ὕδωρ, παντὶ τῶν τῷ εἴδει λέγεται, διέχειν τινὰ ὁμοιότητα. τὸ δ' ὕδατος τῆς αὐτῆς κρήνης ὕδωρ, οὐδενὶ ἄλλῳ διαφέρει, ἀλλ' ἢ τῷ σφοδροτέραν εἶναι τὴν ὁμοιότητα. διὸ οὐ χωρίζομεν αὐτὸ ὕδατος τῷ καθ' ἓν εἶδος ὁπωσοῦν λεγομένων. ¶ Μάλιστα δ' ὁμολογούμενόν τὸ ἓν ἀριθμῷ, ταυτὸν ὂν πᾶσι δοκεῖ λέγεσθαι. ¶ Εἴωθε δὲ καὶ τοῦτο διαιρεῖσθαι πλεοναχῶς. καὶ κυριώτατα μὲν καὶ πρώτως, ὅταν ὀνόματι, ἢ ὅρῳ τὸ ταυτὸν ὑποδηθῇ. καθάπερ ἱμάτιόν λώπιον· καὶ ζῷον πεζὸν δίπουν, ἄνθρωπος. δεύτερον δ', ὅταν τῷ ἰδίῳ· καθάπερ τὸ ἐπιστήμης δεκτικὸν, ἄνθρωπος· καὶ

καὶ τὸ τῇ φύσει ἄνω φερόμενον πυρί. ἔστιν δ', ὅταν ὑπὸ τῷ συμβεβηκότων ᾖ τὸ κατηγορούμενον, ἢ τὸ μουσικὸν, Σωκράτει. πάντα γὰρ ταῦτα τὸ ἓν ἀριθμῷ βούλεται σημαίνειν. 6 ¶ Ὅτι δ' ἀληθὲς τὸ ναῦν ῥηθὲν ὄζειν, ἐκ τῆς μεταβαλλόντων τὰς προσηγορίας μάλιστ' ἄν τις καταμάθοι[a]. πολλάκις γὰρ διατασσοντες ὀνόματι καλέσαι τινὰ τῶν κατηγορουμένων[b], μεταβάλλομεν, ὅταν τύχῃ μὴ συνιεὶς[c], ᾧ τῷ προσαχθῆναι ποιοῦμεν, ὡς ὑπὸ τὸ συμβεβηκὸς, αὐτὸ μᾶλλον συνήσοντος[d]· καὶ κελεύομεν, τὸν κατηγορούμενον, ἢ τὸν ὑφηγούμενον καλέσαι πρὸς ἡμᾶς· δῆλον ὡς τούτων ὑπολαμβάνοντες κατὰ τὸ τοιοῦτον, καὶ τῷ συμβεβηκὸς σημαίνειν. 7 ¶ Τὸ μὲν οὖν τοῦτον, καθάπερ εἴρηται, ἔχει διορισμόν.

item quod naturâ sursum fertur, & ignis. tertio *loco* cùm ratione accidentium: vt sedens, vel musicum, & Socrates. hæc enim omnia vnum numero significant. 6 ¶ Quod dixi, verũ esse, ex iis qui appellationes cõmutant, maximè potest aliquis discere[a]. fæpe enim iubentes nominatim vocari sedentium aliquem[b], cõmutamus *appellationem*, cùm nõ intelligit[c] is cui iubemus, quasi facilius ex accidente sit intelcturus[d]: ac iubemus sedentem, aut disputantem ad nos vocari, perspicuè pro eodem accipientes, siue nomine, siue accidente significetur. 7 ¶ Idem igitur, vt dictum fuit, tripertitò diuisum esto.

a Intelligere, perspicere.
b Id est, postquàm iussimus ad nos aliquem vocari, quę proprio nomine significamus, vt, Voca Socratem.
c Cùm ignorat, quis eo nomine significetur.
d Facilius intelliget quam personam velimus ad nos adduci. si eam nõ proprio nomine (quod est ignotum) declaremus, sed aliquo accidente circumscribamus veluti, Vocat eum qui illic sedet, aut, qui disputat.

Nec plura, nec pauciora esse attributa, quàm quatuor suprà exposita, CAP. VIII.

1 *Inductio.* 2 *Syllogismus.*

1 Ὅτι δὲ οὔτε πλείω τῶν εἰρημένων[e] οἱ λόγοι, καὶ δι' ἃ τούτων[f], καὶ πρὸς[g] ταῦτα, μία μὲν πίστις ἡ διὰ τῆς ἐπαγωγῆς. εἰ γάρ τις ἔπισκοποῖτο ἑκάστην τῶν προτάσεων καὶ τῶν προβλημάτων· φαίνοιτ' ἂν ἢ ὑπὸ τὸ ὅρον, ἢ ὑπὸ τὸ ἴδιον, ἢ ἀπὸ τὸ γένους, ἢ ὑπὸ τὸ συμβεβηκότος ληφθησόμενον. ¶ Ἄλλη δὲ πίστις, ἡ διὰ συλλογισμοῦ. ἀνάγκη γὰρ, πᾶν τὸ ὧδέ τινος κατηγορεῖσθαι τῶν ὑποκειμένων, ἢ τοῦ αὐτοῦ κατηγορεῖσθαι τὸ ἀντικατηγορεῖσθαι τοῦ προτάγματος, ἢ μή· καὶ εἰ μὲν ἀντικατηγορεῖται· ὅρος ἂν εἴη, ἢ ἴδιον. εἰ μὲν γὰρ σημαίνει τὸ τί ἦν εἶναι, ὅρος·

1 QVòd autem ex suprà dictis[e] & per ea disputationes *conficiantur*[f] & ad[g] ea *pertineant*, primùm fidem facit inductio. si quis enim consideret singulas propositiones & problemata: videbuntur vtique aut ex definitione, aut ex proprio, aut ex genere, aut ex accidente sumpta esse. 2 ¶ Altera probatio est per syllogismum. necesse est enim, vt quicquid alicui attribuitur, vel reciprocetur cum re, vel non *reciprocetur*, & si quidem reciprocetur, erit definitio, aut proprium. nam si significet quid sit, definitio:

e Definitione, proprio, genere, differentia.
f Vel, rationes constent, & extruantur.
g Hæc particula, ad, refertur ad problemata. superiores particulæ, ex, per, ad propositiones. suprà autem docuit Aristoteles ex his confici & propositiones & problemata.

si verò id non significet. propriũ *erit*. id enim erat propriũ, quod reciprocatur quidem, non tamẽ significat quid *res* sit. quòd si nõ reciprocetur cum re: aut est aliquid ex iis quæ ponuntur in definitione subiecti, aut non. & si *quid est* ex iis quæ ponuntur in definitione: aut erit genus, aut differentia: quoniam definitio ex genere & differentiis constat. si verò non est ex iis quæ dicuntur in definitione: profectò erit accidens. nam accidens vocabatur, quod neque definitio, neque genus, neque proprium est, inest autem rei.

εἰ δὲ μὴ σημαίνει, ἴδιον τὸ τοῦ λῶ ἴδιον, τὸ ἀντικατηγορούμενον μόνῳ, μὴ σημαῖνον δὲ τὸ τί λῶ ἐστί. εἰ δὲ μὴ ἀντικατηγορεῖται τὸ πρᾶγμα τος· ἢ τοι τῶν ἐν τῷ ὁρισμῷ τὸ ὑποκειμένῳ λεγομένων ἐστίν, ἢ οὔ. καὶ εἰ μὲν τῶν ἐν τῷ ὁρισμῷ λεγομένων· ἢ γένος, ἢ διαφορὰ ἂν εἴη· ἐπειδὴ ὁ ὁρισμὸς ἐκ γένους καὶ διαφορῶν ἐστιν. εἰ δὲ μὴ τῶν ἐν τῷ ὁρισμῷ λεγομένων ἐστί, δῆλον ὅτι συμβεβηκὸς ἂν εἴη. τὸ δὲ συμβεβηκὸς ἐλέγετο, ὃ μήτε ὅρος, μήτε γένος, μήτε ἴδιόν ἐστι, ὑπάρχει δὲ τῷ πράγματι.

De categoriis, Cap. IX.

1 *Prothesis.* 2 *Expositio decem categoriarum.* 3 *Interpretatio attributionis quid est.* 4 *Epilogus.*

POst hæc, oportet definire genera categoriarum, in quibus insunt dictæ quatuor differentiæ. ¶Hæc autem sunt numero decem, quid est, quantum, quale, ad aliquid, vbi, quando, situm esse, habere, facere, pati. sem per enim accidens, & genus, & proprium, & definitio in vna harum categoriarum reperientur. omnes enim propositiones ab his sumptæ vel quid est, vel quale, vel quantum, vel aliquam aliam categoriam significant.

¶Perspicuum autem ex his *est* eum qui significat quid est, modò significare substantiam, modò quale, modò aliquam aliam categoriam. cùm enim homine proposito, ait id quod est ꝓposito esse hominẽ, aut animal: dicit quid est, & significat substantiã. cùm autem colore albo proposito, ait id quod est propositum, esse album, vel colorem: & dicit quid, & significat quale. simili-

nam si intelligamus quot modis *quidque* dicatur, non decipiemur paralogismo, sed intelligemus, *si forte* non aduersus idem differat is qui interrogat: ipsi verò interrogantes poterimus paralogismo fallere, nisi respondēs intelligat quot modis dicatur. Hoc autem nō in omnibus semper fieri potest: sed quando eorum quæ multis modis dicuntur, alia sunt vera, alia falsa[a]. Sed hic modus non est proprius dialecticæ[b]. itaque omnino hoc vitare dialectici debent, ne aduersus nomen differant: nisi quis aliter nequeat de re proposita disserere. ¶ Differentias autem inuenire, vtile *est* ad syllogismos de eodem ac diuerso *extruendos*, & ad cognoscendum quid quæque res sit. ¶ Ad syllogismos igitur de eodem ac diuerso *conficiendos* vtile esse, perspicuum *est*. cùm enim rerum propositarum quamlibet differentiam inuecherimus, ostendemus non idē esse. ¶ Ad cognoscendum autē quid sit: quia propriam cuiusque rei definitionem propriis cuiusque rei differentiis secernere solemus. ¶ Similitudinis autem con templatio vtilis est & ad inductiuas rationes[c], & ad syllogismos hypotheticos, & ad afferēdas definitiones. ¶ Ad inductiuas rationes: quia similium particularium inductione, vniuersale cōcludi cēsemus. non enim facilè possunt inducere, qui similitudines ignorant. ¶ Ad syllogismos verò hypotheticos: quia probabile est, vt in vno eorum quæ similia sunt, *res* habet, sic etiam in reliquis *habere*. Quocirca de quouis eorum disserendi copia nobis suppetat, priùs ex

a Vt canem latrare, cùm canis multa significet, veré dicitur de quadrupede, falsò de pisce aut sydere.

b Sed potiùs sophisticæ.

c Ad inductiones conficiēdas.

εἰδότες γὰρ ποσαχῶς λέγεται, οὐ μὴ παραλογισθώμεν, ἀλλ' εἰδήσομεν ἐὰν μὴ πρὸς ταυτὸ τὸ λόγον ποιεῖ) ὁ ἐρωτῶν· αὐτοί τε ἐρωτῶντες· δυνησόμεθα παραλογίσασθαι, ἐὰν μὴ τυγχάνῃ εἰδὼς ὁ ἀποκρινόμενος ποσαχῶς λέγεται. τὸ δὲ οὐκ ὀρθὸν πάντοτε [ἀεὶ] δυνατὸν· ἀλλ' ὅταν ᾖ τῷ πολλαχῶς λεγομένων, τὰ μὲν, ἀληθῆ τὰ δ', ψευδῆ· ἔστι δὲ οὐκ οἰκεῖος ὁ τρόπος οὗτος τῆς διαλεκτικῆς. διὸ παντελῶς δυσθετέον τοῖς διαλεκτικοῖς τὸ ζητοῦν, τὸ πρὸς τοὔνομα διαλέγεσθαι, ἐὰν μή τις ἄλλως ἱκανῶς ἐπιδεικνύῃ τὸν τρόπον. ¶ Τὸ δὲ τὰς διαφορὰς δύρειν, χρήσιμον πρός τε τοὺς συλλογισμοὺς τοὺς περὶ ταυτὸ καὶ ἑτέρου, καὶ πρὸς τὸ γνωρίζειν τί ἐστιν ἕκαστον. ¶ Ὅτι μὲν οὖν πρὸς τοὺς συλλογισμοὺς τοὺς περὶ ταυτὸ καὶ ἑτέρου χρήσιμον, δῆλον. δύ' ὄντες γὰρ διαφορῶν τῷ πρὸς ἑκάτερον ὁποιανοῦν, δῆλοι ἐσόμεθα, ὅτι οὐ ταὐτόν. ¶ Πρὸς δὲ τὸ γνωρίζειν τί ἐστι, διότι τῶν ἰδίων τῆς οὐσίας ἑκάστου λόγων τὰς περὶ ἕκαστον οἰκείας διαφορὰς χωρίζειν εἰώθαμεν. ¶ Ἡ δὲ τῶν ὁμοίων θεωρία, χρήσιμος πρός τε τοὺς ἐπακτικοὺς λόγους, καὶ πρὸς τοὺς ἐξ ὑποθέσεως συλλογισμούς, καὶ πρὸς τὰς ἀποδόσεις τῶν ὁρισμῶν. ¶ Πρὸς μὲν οὖν τοὺς ἐπακτικοὺς λόγους, διότι τῇ καθ' ἕκαστα ὅτι τῷ ὁμοίων ἐπαγωγῇ, τὸ καθόλου ἀξιοῦμεν ἐπάγειν. οὐ γὰρ ῥᾴδιόν ἐστιν ἐπάγειν μὴ εἰδότας τὰ ὅμοια.

¶ Πρὸς δὲ τοὺς ἐξ ὑποθέσεως συλλογισμούς, διότι ἔνδοξόν ἐστιν, ὡς ποτὲ ἐφ' ἑνὸς τῶν ὁμοίων ἔχει, οὕτως καὶ τῶν λοιπῶν. ὥστε πρὸς ὅ, τι ἂν αὐτῶν ὑπορρώμεν διαλέγεσθαι, πρὸς τοῦτο δυνησόμεθα, ὡς ποτε ὑπὲρ τούτων

τύπων ἔχει, οὕτω καὶ ὅτι τὸ σφηκείμβρυε ἔχειν. δείξαντες ὃ ἐκεῖνο, καὶ τὸ σφηκείμβρυον οὐκ ὑποθέσεως δεόμενον. ὑποθέμβροι γὰρ ὄντες ποτὲ ὅτι τύπων [ἔχει,] οὕτω ὅτι τὸ σφηκείμβρυον ἔχειν, τῷ ὑποδείξιν ᵃ πεποιήμεθα. ¶ Πρὸς δὲ τὸ τρίτον ὁρισμὸν ἀποδοσιν, διότι δυνάμβροι σωρᾶν τί ἐν ἑκάστῳ ταυτὸν, ἐκ ὑπαρήσομεν εἰς τί δεῖ γένος ὁρίζομένους τὸ σφηκείμβρυον τιθέναι. τῷ γὰρ κοινῶν τὸ μάλιστα ἐν πρὸς τί ἐστι ᵃ κατηγορεύμενον, γένος αὐ ἔστω. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς πολὺ διεστῶσι ᵇ, χρήσιμος σφὸς τοὺς ὁρισμοὺς ἡ τὰ ὁμοίᾳ θεωρία. ἔστι δὲ ὅτι ταυτὸν μαλλὸν μὲν ἐν θαλάττῃ, νηνεμία δὲ ἐν ἀέρι, ἑκάτερον γὰρ ἡσυχία. ¶ ὅτι σημεῖον γραμμῇ, καὶ μονὰς ἀριθμῷ, ἑκάτερον γὰρ ἀρχή. ὥστε τὸ κοινὸν ὅτι πάντων γένους ὑποδιδόντες, δόξομεν οὐκ ἀλλοξίως ᶜ ὁρίζεσθαι. χρεὼν δὲ καὶ οἱ ὁριζόμενοι, ὅτως εἰώθασιν ὑποδιδόναι. τήν τε γὰρ μονάδα, ἀρχὴν ἀριθμοῦ φασιν εἶναι· καὶ τῶν σημείων, ἀρχὰς γραμμῆς. δῆλον οὖν ὅτι καὶ εἰς τὸ κοινὸν ἀμφοτέρων ᵈ γένος τιθέασι.

¶ Τὰ μὲν οὖν ὄργανα δι' ὧν οἱ συλλογισμοὶ, ταῦτά ᵉ ἐστιν. οἱ δὲ τόποι, πρὸς οὓς χρήσιμα τὰ λεχθέντα, οἵδέ ᶠ εἰσιν.

confesso accipimus, vt in illo *sit* res habet, sic & in eo quod propositum est, habere. cum autem illud probauerimus, etiam propositum ex hypothesi probauerimus. cùm enim supposuerimus, vt in illo *sit* res habet, ita etiam in eo quod propositum est, habere: demonstrationem confecimus. ¶ Ad definitiones verò afferendas. nam si possimus intelligere, quid in quaque re idem *sit*: non dubitabimus, ad quod genus propositam rem, quâ definiemus, referre debeamus. eorum enim quæ communia sunt, id quod maximè in *quæstione* quid est[a] attribuitur, genus vtique est. Similiter autem & in iis quæ longè *inter se* distant[b], vtilis est ad definitiones *explicandas* similitudinis contemplatio. vt idem esse tranquillitatem in mari, & serenitatē in aëre: quoniam vtrumque *est* quies. & *idem esse* punctum in linea, atque vnitatem in numero: quoniam vtrumque est principium. Quare commune omnium genus afferentes, videbimur non alienis[c] verbis definire. Ferè autem & qui definiunt, ita solent explicare: nam & vnitatem aiunt esse principiū numeri: & punctum, principium lineæ. constat igitur *eos* commune vtriusque[d] genus ponere. ¶ Instrumēta igitur per quæ syllogismi extruuntur, hæc[e] sunt. Loci verò ad quos conferunt ea quæ diximus, hi[f] sunt.

a His verbis excludit accidentia communia, quæ non attribuūtur in quæstione quid est, sed quale est.
b Quæ maximè differunt.
c Sed propriis & naturam rei significantibus.
d Vnitatis & puncti.
e Hæc quatuor, quæ exposita fuerunt, propositionum sumptio, homonymi distinctio, differentiæ inuētio, similitudinis cōsideratio.
f Hi quos exposuimus hoc capite. veluti homonymi distinctio confert ad perspicuitatem &c. Alexander intelligit locos sequentibus libris explicandos. quæ interpretatio mihi minùs probatur.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΤΟΠΙΚΩΝ ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

ARISTOTELIS
TOPICORVM,
LIBER II.

Protheoriæ, Cap. I.

1 Dicendum est de his quæ vniuersaliter refellendi vim habent. 2 Distinctio accidentis & cæterorum problematum. 3 De vitiis problematum.

ΕΣΤΙ δὲ τῶν προβλημάτων τὰ μὲν, καθόλου· τὰ δὲ, ὅτι μέρεσι. καθόλου μὲν οὖν, οἷον ὅτι πᾶσα ἡδονὴ ἀγαθὸν[a], καὶ ὅτι οὐδεμία ἡδονὴ ἀγαθόν. ὅτι μέρεσι δὲ, οἷον ὅτι ἔστί τις ἡδονὴ ἀγαθὸν, καὶ ὅτι ἔστί τις ἡδονὴ οὐκ ἀγαθόν. ἔστι δὲ πρὸς ἀμφότερα τὰ ῥηθὲν τῶν προβλημάτων, κοινὰ τὰ καθόλου κατασκευαστικά τε καὶ ἀνασκευαστικά. δεῖξαντες γὰρ ὅτι παντὶ ὑπάρχει, καὶ ὅτι τινὶ ὑπάρχει δεδειχότες ἐσόμεθα. ὁμοίως δὲ κἂν ὅτι οὐδενὶ ὑπάρχῃ δείξωμεν, ἢ ὅτι οὐ παντὶ ὑπάρχει δεδειχότες ἐσόμεθα. πρῶτον[b] οὖν περὶ τῶν καθόλου ἀνασκευαστικῶν ῥητέον, ἅμα τε τὸ κοινὰ εἶναι τὰ τοιαῦτα πρὸς τὰ καθόλου, καὶ τὰ ὅτι μέρεσι· καὶ ἅμα τὸ μᾶλλον τὰς θέσεις κομίζειν ἐν τῇ ὑπάρχειν, ἢ μὴ, τοὺς δὲ διαλεγομένους ἀνασκευάζειν. ¶ Ἔστι δὲ χαλεπώτατον τὸ ἀντιστρέφειν[c] πρὸς τὸ τοῦ συμβεβηκότος οἰκείαν ὀνομασίαν· τὸ γὰρ τῇ καὶ μὴ καθόλου,

1 PROBLEMATUM autē alia *sunt* vniuersalia, alia particularia. Vniuersalia *sunt*, vt, Omnis voluptas est bonū[a], &, Nulla voluptas est bonum. Particularia verò, vt, Quædam voluptas est bonum, &, Quædam voluptas non est bonum. Sunt autem vtrique problematum generi communia, ea quæ vniuersaliter adstruēdi, vel euertendi vim habēt. cùm enim putauerimus omni inesse, etiam cuidam inesse probauerimus. similitérque si nulli inesse ostendemus, etiam nō omni inesse ostendemus. Primùm[b] igitur de his quæ vniuersaliter euertendi vim habent, dicendum *est*: cùm quia quæ sunt eiusmodi, sunt cōmunia vniuersalibus & particularibus *problematis*: tum etiam quia theses afferunt potius aientes quàm negantes: quas, qui disserunt, reprehendunt.

[a] Vel, in bonis.

[b] Id est, primùm moneo me actum esse de vniuersalibus. nec enim significat se postea actarum de particularibus. Ait igitur *primum*, respiciens ad alia duo explicāda in seq. partículis huius capitis. Alibi quoque ita vsus est hoc verbo *primùm*.

2 ¶ Difficillimè autē cōuertitur[c] propria appellatio ab accidēte *dicta*. ex parte enim, &, nō vniuer-

[c] Conuerti dicitur appellatio, cùm ita mutatur enunciatio, vt eius antea ab attributo initiū sumptum fuerit, mox capiturā subiecto: veluti, aptitudo ad videndum est in homine, homo est aptus ad videndum.

faliter *ineſſe*, in ſolis accidẽtibus reperitur. nam à proprio, & à definitione, & à genere *ductam appellationem* cõuerti neceſſe *eſt*. Veluti ſi cui ineſt, eſſe animal pedeſtre bipes: conuerſione factâ, verè dicetur, eſt animal pedeſtre bipes. Similis eſt ratio *appellationis* à genere *ſumptæ*. nam ſi cui ineſt, eſſe animal: eſt animal. Eadem etiam in proprio *locum habent*. etenim ſi cui ineſt, eſſe ſuſceptiuum grammaticæ, erit ſuſceptiuus grammaticæ. nihil enim horum poteſt ex parte ineſſe, aut non ineſſe: ſed abſolutè vel ineſt, vel non ineſt. Accidentia verò ex parte ineſſe, nihil vetat: veluti alborem[a], aut iuſtitiâ[b]. Quare non ſatis eſt probare ineſſe alborẽ aut iuſtitiam, vt probetur eſſe albus vel iuſtus. habet enim dubitationem, quia *fortaſſe* ex parte albus vel iuſtus eſt. Quã propter nõ eſt neceſſaria in accidentibus conuerſio[c]. ¶ Deſinire etiam oportet peccata quæ in problematis *reperiuntur*: quæ nimirum duo ſunt. *peccat enim quiſpiam*, vel quia mentitur, vel quia diſcedit à poſita & *vſitata* dictione[d]. mentientes. n. & quod non ineſt, ineſſe alicui dicentes, peccãt. itẽ qui alienis nominibus res appellãt, veluti qui platanũ, hominẽ appellant, à poſitis & receptis nominibus diſcedunt.

a Et Æthiops eſt albus dentes, nõ abſolutè albus.
b Ve Phalaris iuſtè egit cùm Perillam in rauſũ conieceit, non tamen abſolutè iuſtus fuit.
c Nõ neceſſe eſt vt propoſitio ab accidentib. ducta conuertatur.
d A recepta & vſitata ratione loquendi.

ὅτι μόνων ἐνδέχεται τῷ συμβεβηκότων. ὅτου μὲν γὰρ τὸ ἴδιον, καὶ ἅπαν ὅτου, καὶ τὸ γένους, ἀναγκαῖον ἀντιστρέφειν. οἷον εἰ ὑπάρχει τινὶ, ζῴῳ πεζῷ δίποδι εἶναι. ἀντιστρέψαντι ἀληθὲς ἔσται λέγειν, ὅτι ζῷον πεζὸν δίπουν ἐστίν. ὁμοίως δὲ καὶ ὅσα τῶν γένους. εἰ γὰρ ζῷῳ ὑπάρχει τινὶ εἶναι, ζῷόν ἐστι τὰ δ' αὐτὰ καὶ ὅτι τῶν ἰδίων. εἰ γὰρ ὑπάρχει τινὶ γραμματικῆς δεκτικῷ εἶναι γραμματικῆς δεκτικόν ἐστιν. οὐδὲν γὰρ τούτων ἐνδέχεται κατά τι ὑπάρχειν, ἢ μὴ ὑπάρχειν. ἀλλ' ἁπλῶς ἢ ὑπάρχειν, ἢ μὴ ὑπάρχειν. ὅτι δ' ὧν συμβεβηκότων ἐνδέχεται κωλύειν κατά τι ὑπάρχειν, οἷον λευκότητα, ἢ δικαιοσύνην. οὐ τὸ οὐκ ἐνδέχεσθαι τὸ εἶναι ὅτι ὑπάρχει λευκότης ἢ δικαιοσύνη, φεύγει τὸ εἶναι ὅτι λευκὸς, ἢ δίκαιός ἐστιν. ἔχει γὰρ ἀμφισβήτησιν, ὅτι κατά τι λευκὸς ἢ δίκαιός ἐστιν. ὥστ' οὐκ ἀναγκαῖον ὅτι τῶν συμβεβηκότων τὸ ἀντιστρέφειν. ¶ Διορίσασθαι δὲ δεῖ καὶ τὰς ἁμαρτίας τὰς ἐν τοῖς προβλήμασιν, ὅτι εἰσὶ διττὰ, ἢ τὸ ψεύδεσθαι, ἢ τὸ παραβαίνειν τὴν κειμένην λέξιν. ὅ τε γὰρ ψευδόμενοι, καὶ τὸ μὴ ὑπάρχον ὑπάρχειν τινὶ λέγοντες, ἁμαρτάνουσι. καὶ οἱ τοῖς ἀλλοκότοις ὀνόμασι τὰ πράγματα προσαγορεύοντες, οἷον τὴν πλάτανον ἄνθρωπον, παραβαίνουσι τὴν κειμένην ὀνομασίαν.

Varij loci problematum de accidente,

CAP. II.

1 *A diſtinctione attributorum.* 2 *A ſpeciebus ſubiecti.* 3 *A definitione.* 4 *Ab obiectione.* 5 *Ab auctoritate.*

e *Si quod alio modo ineſt, attribuatur vt accidens, falſ eſt, primus.*

VEr[e]us[f] igitur locus eſt, vt videamus, an quod alio quopiam modo dicitur, pro accidente acceperit. maximè autem hoc peccatum admittitur

Ἔστι[f] μὲν δὴ τόπος, τὸ ὁπόλιπεῖν, εἰ τὸ κατ' ἄλλον τινὰ ξύπον ὑπάρχον, ὡς συμβεβηκὸς ὅπου δέδωκεν. ἁμαρτάνει[e] δ' μάλιστα τοῦτο

ὃ

circa genera. veluti si quis dixerit albo accidere vt sit color. nō enim accidit albo, vt sit color: sed color est eius genus. Accidit igitur vt is qui thesim cōstituit, nominatim definiat *id esse accidens*, veluti iustitiæ accidere vt sit virtus. sed sæpenumero sine *hac* definitione perspicuum *est*, genus pro accidēte sumptū esse. vt si quis albū colorari dixerit, aut incessum moueri. quoniam à nullo genere denominatiuè attributio de specie dicitur [a], sed synonymωs omnia genera speciebus attribuuntur. etenim species & nomen & definitionē generum suscipiunt. Qui igitur dixit album *esse* coloratum: nec vt genus accepit, quia denominatiuè dixit: nec vt propriū, vel vt definitionem, quia definitio & propriū nulli alii *rei* insunt, multæ autem aliæ *res* sunt coloratæ, vt lignum, lapis, homo, equus. Perspicuum igitur est, acceptum esse vt accidens. ¶ [b] Alius locus est, respicere *ad ea* quibus omnibus vel multis inesse dictū est [c]: considerare autem singulas species, nō infinitas [d]: *sic* enim magis quam arguitur. d Id est, indiuidua, quæ infinita sunt, vt & Porph. docuit cap. 3. part. 12. e Certiori methodo. f Quia pauciores sunt species quàm indiuidua: & omnino superiora sunt pauciora quàm inferiora. g Id est, species specialissimæ, quæ nō possunt diuidi in species inferiores. h Qui proclivema proposuit.

a Id est, genus non attribuitur paronymωs speciebus.

b *Et quod positum omnes omisit, non omnino inscite: vel quod potuit sedi omisse, euidam esse.*

c In thesi contra

2 via [e] *progredietur*, & in pauciori-bus [f] *consistet* consideratio. Oportet autem considerare & incipere à primis, postea deinceps *progredi* vsque ad indiuidua [g]. veluti si oppositorū eandem scientiam esse dixerit [h]: cōsiderandum est, an relatorum, & contrariorum, & eorum quæ secundum priuationem & habitum, & eorū quæ secundum contradictionem *opposita* dicuntur, *sit* eadē scientia. &si in his nondum manifestum sit, rursus hæc *sunt* diuidenda vsque ad indiuidua: veluti an iustorū & iniustorū, vel dupli & dimi

dij, vel cæcitatis & visus, vel ipsius esse & non esse, *eadem sit scientia*. nam si cuius non eandem esse probatum fuerit, confutatum erit problema. Similis ratio est & si nulli insit[a]. Hic autem locus conuertitur, *id est* & ad confirmandum & ad refutandum *valet*. si enim prolata diuisione, in omnibus videatur aut in pleriſque: poſtulādum eſt, vt *ad nerſarius* vniuerſaliter concedat, vel obiiciat *& doceat* in quo non ita *ſit*. nam si neutrum horum faciat, ineptus videbitur qui non concedit. ¶ Alius[b] *locus est*, deſinire accidens[c] & *id*[d] cui accidit, vel vtrūque per se,[e] vel alterum *tantum*: deinde considerare an ſumptum quidpiam ſit quaſi verum, *quod* in definitionibus non *reperiatur* verum. veluti ſi *problema ſit*, Deus iniuria poteſt affici: videndum *eſt*, quid *ſit* iniuriā afficere. nam ſi *ſit*, nocere ſponte: perſpicuum *eſt*, non poſſe Deum affici iniuriā, quia Deo noceri nō poteſt. Item ſi *ponatur vir* bonus *eſſe* inuidus: *videdum eſt*, quis *ſit* inuidus, & quid inuidia. nam ſi inuidia eſt dolor *ex eo* perceptus, quòd bene cum aliquo *viro* probo agitur: perſpicuum *eſt virum* bonum nō eſſe inuidum, quoniam eſſet improbus. Et ſi is qui ad indignandum propenſus eſt, *ponatur eſſe* inuidus: *definitione explicandum eſt* quis ſit eorū vterque[f]. ſic enim perſpicuū erit, vtrūm verum an falſum ſit quod dictum eſt[g]. veluti ſi inuidus *eſt*, qui dolet rebus bonorum *virorum* ſecundis, ad indignandū autē propenſus *eſt*, qui dolet rebus malorū *hominum* ſecūdis apparet eū qui propenſus eſt ad indignandū, non eſſe inuidum. *Oportet* etiam ſumere definitiones pro nominibus *poſitis* in definitionibus: nec deſiſtere, donec ad no-

μίσεως, ἢ τυφλότητος καὶ ὄψεως, ἢ τὸ εἶναι) καὶ μὴ εἶναι). ἐὰν γὰρ ὅτι τινος δ' ἐνέχθῃ ὅτι οὐχ ἡ αὐτὴ, ἀπηρνήκοτες ἐσόμεθα τὸ προβλημα. ὁμοίως δὲ καὶ εἰ μηδενὶ ὑπάρχει[a]. οὗτος δὲ ὁ τόπος ἀντιστρέφει καὶ πρὸς τὸ κατασκευάζειν καὶ ἀνασκευάζειν. εἰ γὰρ δεῖ πάντων φάναι ἢ διαιρεῖσθαι, ἢ ὅτι πολλῶν· ἀξιωτέον καὶ καθόλου τιθέναι, ἢ ἔνιασιν φέρειν ὅτι τινος οὐχ οὕτως. εἰ γὰρ μηδέτερον τύπῳ ποιῇ, ἄτυπος φανεῖται μὴ τιθείς.

¶ Ἄλλος[b], τὸ λόγοις ποιεῖν τὰ συμβεβηκότος[c], καὶ[d] ᾧ συμβέβηκεν, ἢ ἀμφοτέρων καθ' ἑκατέρου, ἢ τὸ ἑτέρου. ἔστι σκοπεῖν, εἰ μὴ ἀληθὲς ἐν τοῖς λόγοις, ὡς ἀληθές, εἶτα σκοπεῖν· οἷον εἰ ἔστι θεὸν ἀδικεῖν, τί τὸ ἀδικεῖν. εἰ γὰρ τὸ βλάπτειν ἑκουσίως, δῆλον ὡς οὐκ ἔστι θεὸν ἀδικεῖσθαι· οὐ γὰρ ἐνδέχεται βλάπτεσθαι τὸν θεόν. καὶ εἰ φθονερὸς ὁ σπουδαῖος, τίς ὁ φθονερός, καὶ τίς ὁ φθόνος. ἐναργὲς γὰρ ὅτι λύπη ὅτι φαινομένῃ ἀδίκως τῶν ἐπιεικῶν τινος· δῆλον ὅτι ὁ σπουδαῖος, οὐ φθονερός· φαῦλος γὰρ αὖ ἔση. καὶ εἰ ὁ νεμεσητικὸς, φθονερός· τῆς ἑκάτερος αὐτῶν[f]. οὕτω γὰρ καταφανὲς ἔσται, πότερον ἀληθὲς ἢ ψεῦδος τὸ ῥηθέν[g]. οἷον εἰ φθονερὸς μᾶλλον, ὁ λυπούμενος ἐπὶ τοῖς τῶν ἀγαθῶν ἀδίκοις· νεμεσητικὸς δὲ, ὁ λυπούμενος ἐπὶ τοῖς τῶν κακῶν ἀδίκοις· δῆλον ὅτι οὐκ ἂν ἔη φθονερὸς ὁ νεμεσητικός. λαμβάνειν δὲ καὶ αὐτὰ τῶν ἐν τοῖς λόγοις ὀνομάτων λόγους, καὶ μὴ ἀφίστασθαι, ἕως ἂν εἰς γνώρι-

a Id eſt, ſi problema ſit vniuerſale negans, reprehendetur & refutabitur, ſi probetur cuidam ineſſe.

b *Si quod aſſeritur in problemate, non conuenit definitioni accidentis, vel ſubiecti.*

c Quod eſt attributum problematis.

d Subiectum.

e Non enim propoſitū definitur: ſed attributum ſeparatim, & ſubiectū ſeparatim.

f Id eſt, ad indignandum propēſius, & inuidus. g In problemate.

μον[a] ἔλθῃ. πολλάκις γὰρ ὅλκ μὴ τὸ λόγου ὅπερ δοθέντος, οὐ δῆλον τὸ ζητούμενον[b]. κἀπὶ δέ τινος τῶν ἐν τῷ λόγῳ ὀνομάτων λόγου ῥηθέντος, κατὰ δήλων γίνεται[c]. ¶ Ἔτι τὸ προβλημα προτασιν ἑαυτῷ ποιεῖ μόνον, σκέψασθαι ἢ μὴ ἔνστασις ἔσται ὅπερ ἐρώτημα πρὸς τὴν θέσιν[e]. ἔστι δὲ ὁ τόπος οὗτος ὅταν δόξῃ ὁ αὐτὸς τῷ ὅτι βλέπειν οἷς ὑπάρχειν ἢ πᾶσιν ἢ μὴ δηλ εἰρηται· διαφέρει δὲ τῷ ὅτε πῶς[h]. ¶ Ἔτι διορίζεσθαι ποῖα δεῖ καλεῖν ὡς οἱ πολλοί, ἢ ποῖα[k]. χρήσιμον δ' ἐκ τοῦτο τὸ κατασκευάζειν ἢ φορος τὸ ἀνασκευάζειν. δεῖ δ' ὅπ τ μὲν ὀνομασίας τὰ σοφίσματα σοφιστορθτέον, καθάπερ οἱ πολλοί. ποῖα δὲ τῶν σοφισμάτων ὄντι ποιαῦτα ἢ οὐ ποιαῦτα, οὐκέτι σκεπτέον τοῖς πολλοῖς. δεῖ γὰρ εἰρῆσθαι τὸ ποιητικὸν ὑγιείας, ὡς οἱ πολλοὶ λέγουσι· πότερον δὲ τὸ σοφισμένον, ποιητικὸν ὑγιείας ἢ οὔ· οὐκέτι ὡς οἱ πολλοί, λεκτέον, ἀλλ' ὡς ὁ ἰατρός.

tum[a] peruenìatur. sæpe enim tota definitione tradita, non apparet quod quæritur[b]. sed si pro aliquo nomine *posito* in definitione, definitio dicta fuerit, persp icuum fit[c]. ¶ [d]Præterea ex problemate propositione sibi facta, obiiciendum est: quoniam obiectio erit argumentum cõtra thesim[e]. Hic autem modus ferè *est* idem[f], atq; illic[g], respicere *ad ea* quibus omnibus vel nullis ineſse dictum est. sed modo differt[h]. ¶ [i] Præterea definire *oportet*, qualia vocanda sint vt multi *vocant*, qualia non. *Hoc* autem vtile *est* & ad confirmandum, & ad refellendũ. veluti iis nominibus *esse* appellandas, quibus multi *vtuntur*. *cum* autẽ *quæritur* quales res, sint eiusmodi, vel non eiusmodi, non esse ampliùs sequẽ dam multitudinem. exempli gratiã. salubre vocandum *esse*, quod valet ad sanitatem efficiendam, vt multi vocant. an autem quod propositum est, ad sanitatem efficiendam valeat, nécne: non *esse* ampliùs dicendum, vt multi *dicunt*, sed vt medicus.

a Id est, ad id, ex quo apparebit an problema sit verum, nécne.
b Vtrùm problema sit verum, an falsum.
c Exempli gratiã, sit problema, contra quod volo arguere: Sapiens amabit. desinio quid sit amare. nempe est alicuius amore captũ esse. nondum apparet, an problema verũ sit. progredior vlteriùs, ac definio amorem, quem in definitione rei amare posueram. amor est vehemens & irrationalis appetitus rerũ venereaũ. atq; hoc in sapiente non cadit. vnde apparet argumẽtum cõtra problema propositum.
d *Si ex problemate fiat propositio, & contra eam vehementer arguatur.*
e Sit (exempli causã) problema. Omnis voluptas est bona. qui cõtra hoc problema disputatur, est, ita scipsum interroget, essne omnis voluptas bona? & obiiciat ostendens nõ omnem voluptatem esse bonã, quia meretricia voluptas non est bona. hinc enim cõtra problema sumet argumentum eiusmodi: Nulla meretricia voluptas est bona. atqui omnis meretricia voluptas est voluptas: ergo nõ omnis voluptas est bona.
f Quia obiectio sumitur à specie respicimus etiam

De locis pertinentibus ad ea, quæ multis modis dicuntur, CAP. III.

1 *De homonymia, quæ latet,* 2 *vel manifesta est.* 3 *De iis quæ multis dicuntur non homonymis.*

ΕΤι[k] ἐὰν πολλαχῶς λέγηται, κείμενον δὲ ἢ ὡς ὑπάρχει, ἢ ὡς οὐχ ὑπάρχει· σκέπτεον δεικνύναι τῷ πλεοναχῶς λεγομένων, ἐὰν μὴ ἄμφω συμβαίνῃ. χρήσιμον δὲ ὅτι τῷ λανθανόντων[m]. εἰ γὰρ μὴ λανθάνει πολλαχῶς λεγόμενον, ἐνίσταται[n] ὅτι οὐ διείληχθαι,

PRæterea[k] si *quid* multis modis dicatur, positum autem sit[l] ineſse vel non ineſse, probãdum est alterũ eorum quæ multipliciter dicuntur, si ambo *probari* nequeant. *Hoc* autem *loco* vtendum est in iis quæ latent[m]: quia si multis modis dici non latet, obiiciet[n] non esse disputa-

attributi, vel subiecti, vt expositum fuit lib. 2. Prior. Analyt. cap. 26. ad species autem subiecti respicimus etiam cùm vtimur eo loco, secundum quem spectamus ea quibus omnibus vel multis ineſse dictum fuit. g Expositus partic. 2. h Quoniam illo modo primùm fit diuisio in species, deinde cõsiderantur singula species, vt intelligatur an in aliqua falsum reperiatur, problema. hoc autẽ modo, nõ facta diuisione, statim quæritur aliquid quod obiiciatur tanquàm exceptio theseos vniuersalis. i *Si concessum ac desumtum sit, quæ appellanda sint vti plerique appellant, & quæ vt sapientes.* k *Si homonymia lateat.* l In problemate. m Quòd homonymia latet. n Is qui thesim defendit.

tum de eo quod ipse quærēdum proposuit, sed de altero. Hic autem modus conuertitur, *id est* & ad confirmādum & ad infirmādum *valet*. confirmare enim volentes, ostendemus alterum inesse, si ambo non possimus. infirmantes autem, probabimus alterum non inesse, si ambo non possimus. Verùm infirmāti non opus est ex confessione[a] disserere, nec si omni, nec si nulli inesse dictum fuerit[b]. nam si ostendemus non inesse cuiuis, refutatum erit *problema asserens* omni inesse. ac similiter si vni ostendemus inesse, euertemus *problema asserens* nulli inesse. Confirmantes autem, priùs ex confesso accipere debēt, si cuiuis insit, omni inesse, si verisimile sit hoc postulatum[c]. non enim satis est ad probandum omni inesse, de vno differre[d]: veluti si hominis anima *sit* immortalis, omnem quoque *esse* immortalem. quocirca priùs ex confesso sumere oportet, si quæuis anima *sit* immortalis, omnē quoque *esse* immortalem. Hoc verò non semper faciendum *est*: sed quando non est nobis facultas afferendi communem vnam rationem de omnibus, quemadmodum geometra *vna communi ratione probat* triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis.

¶ Sie verò multis modis dici nō lateat: cùm distinctum non fuerit quot modis dicatur, & refellere & confirmare *oportet*. Veluti si quod decet, est vtile vel honestum: conandum *est* ambo cōfirmare vel refellere de eo quod propositum est[f]: velut id esse honestum & vtile, aut nec honestū nec vtile. Atsi nequeūt ambo *probari*, alterū, pbandū *est*, cùm antè indicatum fuerit alterū *tale esse*, alterū minimé. Eadem ratio est,

a Ex conuentione & consensu aduersarij quòd si de vno probatū sit, etiam de reliquis omnibus probatum videatur.

b In problemate.

c Vel, axioma.

d Vel, differendo probare.

e Si *inexistentia sit manifesta*.

f Vt puta de voluptate, si problema sit, voluptatem decere.

ὅπερ αὐτὸς ἠπόρει, ἀλλὰ θάτερον. δεῖ δὲ ὁ τόπος αὐτηρέφει ⁊ πρὸς τὸ κατασκεύασαι καὶ ἀνασκεύασαι. κατασκεύζειν μὲν γὰρ βουλόμενοι, δείξομεν ὅτι θάτερον ὑπάρχει, ἐὰν μὴ ἀμφω δυνώμεθα. ἀνασκεύζοντες δὲ, ὅτι οὐχ ὑπάρχει θάτερον δείξομεν, ἐὰν μὴ ἀμφω δυνώμεθα. πολλῷ ἀνασκεύζοντα μὲν, οὐδὲν δέεσθαι ὁμολογίας[a] ἐξ λέγεσθαι, οὔτ' εἰ παντὶ οὔτ' εἰ μηδενὶ ὑπάρχειν εἴρηται[b]. εἰ γὰρ δείξομεν ὅτι οὐχ ὑπάρχῃ ὁτῳοῦν, ἀνῃρηκότες ἐσόμεθα τὸ παντὶ ὑπάρχειν. ὁμοίως δὲ κἂν ἐνὶ δείξωμεν ὑπάρχον, ἀναιρήσομεν τὸ μηδενὶ ὑπάρχειν. κατασκεύζεσι δὲ δεῖ ὁμολογητέον, ὅτι εἰ ὁτῳοῦν ὑπάρχει, παντὶ ὑπάρχει, αἰ πιθανὸν ἢ τὸ ἀξίωμα[c]. οὐ γὰρ ἀρκτέον πρὸς τὸ δεῖξαι ὅτι παντὶ ὑπάρχει, τὸ ἐφ' ἑνὸς διαλεχθῆναι[d]. οἷον εἰ ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ ἀθάνατος, ⁊ ὅτι πᾶσα ψυχὴ ἀθάνατος. ὥστε πρὸς ὁμολογητέον, ὅτι εἰ ἡ τοῦ ἵππου ψυχὴ ἀθάνατος, ⁊ πᾶσα ἀθάνατος. τοῦτο δ' οὐκ ἀεὶ ποιητέον, ἀλλ' ὅταν μὴ διπορῶμεν κοινόν ἕνα λόγον ὃν ἐπὶ πάντων εἰπεῖν· καθάπερ ὁ γεωμέτρης, ὅτι τὸ τρίγωνον ὀρθαῖς ἴσας ἔχει τὰς τρεῖς γωνίας. ¶ Εἰ[e] δὲ μὴ λανθάνει πολλαχῶς λεγόμενον· διελόμενον ποσαχῶς λέγεται, καὶ αἱρεῖν καὶ κατασκεύζειν. οἷον εἰ τὸ δέον ἐστὶ τὸ συμφέρον, ἢ τὸ καλόν· πειρατέον ἄμφω κατασκεύζειν ἢ ἀναιρεῖν πρὸς τὸ προκειμένου[f]. οἷον ὅτι καλὸν καὶ συμφέρον, ἢ ὅτι οὔτε καλὸν οὔτε συμφέρον. εἰ δὲ μὴ ἐνδέχεται ἀμφότερα, θάτερον δικτέον, διτσημαινόμενον ὅτι τὸ μὲν, τὸ δ' οὔ. ὁ δ' αὐτὸς λόγος,

κὰν πλείω[a] ἢ εἰς ἃ διαιρεῖται.

¶ [Πάλιν[b] ὅσα μὴ καθ' ὁμωνυμίαν λέγεται πολλαχῶς, ἀλλὰ κατ' ἄλλον τρόπον. οἷον ὑπισήμη μία πλόνων, ἢ ὡς τὸ τέλειον καὶ τὸ πρὸς τὸ τέλος, (οἷον ἡ ἰατρικὴ, τὸ ὑγίειαν ποιῆσαι καὶ τὸ διαγῆσαι) ἢ ὡς ἀμφοτέρων τελῶν, (καθάπερ τῆς ὄψεως ἢ αὐτὴ λέγεται ὑπισήμη. οὐδὲν δὲ μᾶλλον τέλος τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου) ἢ ὡς τὸ καθ' αὑτὸ καὶ τὸ κατὰ συμβεβηκός. (οἷον καθ' αὑτὸ μὲν, ὅτι τὸ ἑξαγωνον δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ἔχει [τὰς ἐντὸς γωνίας·] κατὰ συμβεβηκὸς δὲ, ὅτι τὸ ἰσόπλευρον. ὅτι δὲ συμβέβηκε τῷ [ἑξαγώνῳ] ἰσοπλεύρῳ, ἑξαγώνῳ ἔστι· κατὰ τοῦτο γνωρίζομεν ὅτι δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ἔχει τὰς ἐντὸς) εἰ οὖν μηδαμῶς ἐνδέχεται τὼ αὐτὼ εἶναι πλειόνων ὑπισήμω, δῆλον ὅτι ὅλως οὐκ ἐνδέχεται εἶναι. ἢ εἴ πως ἐνδέχεται, δῆλον ὅτι ἐνδέχεται. διαιρεῖσθαι δὲ, ὅσα χρήσιμον[c] οἷον εἰ βουλόμεθα κατασκευάσαι τὰ τοιαῦτα πρόσωπα, ὅσα ἐνδέχεται· ἕως διαιρετέον εἰς ταῦτα μόνον, ὅσα καὶ χρήσιμα πρὸς τὸ κατασκεύασαι. ἐὰν δ' ἀνασκεύάσαι· ὅσα μὴ ἐνδέχεται τὰ δὲ λοιπὰ προσληπτέον. ποιητέον δὲ καὶ ἐπὶ τούτων, ὅταν λανθάνῃ ποσαχῶς λέγεται. καὶ εἶναι δὲ τόδε τόδε, ἢ μὴ εἶναι), ὅτι τῆς αὐτῆς τόπων κατασκευαστέον, οἷον ὑπισήμω τωὐδὲ τόδε, ἢ ὡς τέλειος, ἢ ὡς τῆς πρὸς τὸ τέλος, ἢ ὡς τῆς κατὰ συμβεβηκός· ἢ πάλιν μὴ εἶναί τι κατὰ μηδένα τῆς ῥηθέντων τρόπων. ὁ δὲ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ ὅτι θυμίας, καὶ ὅτι ἄλλα λέγεται πλειόνων.

si plura[a] sint, in quæ *verbum multiplex* diuidatur. ¶ Rursus[b] *consideranda sunt*, quæ multifariam dicuntur nō vt homonyma, sed alio modo. Veluti scientia vna *est* multarum rerum, vel vt finis & eius quod ad finē *refertur*, (sicut medicina *est scientia* efficiendi sanitatem, & præscribendi rationem victus) vel vt duorum finium (vt rerum contrariarum eadem scientia dicitur, alterum enim altero non est magis finis) vel vt eius quod est per sē, & eius quod est per accidēs. (vt per sē *scimus* triangulum duobus rectis æquales habere tres angulos. per accidens autem, æquilaterum. nā quia triangulo æquilatero accidit vt triangulum sit, sc cūdum hoc cognoscimus quòd duobus rectis æquales habet *angulos* internos) si igitur nullo modo contingat eandem esse multarum rerum scientiam, perspicuum *est* omnino non contingere vt sit: aut si quo modo contingit, perspicuum *est* contingere. Diuidere autem *oportet*, quotupliciter vtile *est*[c]. vt si confirmare velimus, ea proferenda *sunt*, quę cōtingit *talia esse qualia probare volumus*. atque *hæc* diuidenda *sunt* in ea tantùm, quæ vtilia sunt ad confirmandum. at si refu tare *velimus*, ea *sunt* proferenda, quæ non contingit *talia esse*, reliqua verò prætermittenda. Et in hisquoque *hoc* faciendū est, cùm latet quot modis dicātur. Quintetiā hoc huius esse, vel non esse, ex iisdem locis confirmandū *est*. veluti scientiam hanc huius *esse* vel vt finis, vel vt eorum quæ *pertinent* ad finem, vel vt eorū quæ *sequuntur* per accidens: aut contrà non esse quidpiam vllo modo eorum quos diximus. Eadē ratio est cupiditatis & ceterorū omniū quæ dicitur *esse* multarū rerum.

a Plura quàm duo intelligit.

b Si multiplex verbum nos sit homonymum.

c Distinctio vocabuli multiplicis referenda est ad nostræ causæ vtilitatem. proinde eatenus diuidere debemus, quatenus diuisio nobis prodest, & argumenta contra problema suppeditat.

est enim cupiditas huius vel vt finis, veluti sanitatis: vel vt eorum quæ *referuntur* ad finem, veluti sumendi pharmaci: vel vt eius quod *desideratur* per accidens, quemadmodum is qui dulcedine delectatur, vinū *expetit*, non quia vinum, sed quia dulce est. dulcedinem enim per se concupiscit. vinum autem per accidens: quia si austerū sit, non concupiscit amplius: per accidens igitur concupiscit *vinum*. Vtilis autem *est* hic locus in iis quæ ad aliquid *referuntur*. ferè enim quæ sunt eiusmodi, *in numero* sunt eorum quæ ad aliquid *referuntur*.

ἔστι γὰρ ἡ ἐπιθυμία τούτου, ἢ ὡς τέλοις, οἷον ὑγιείας· ἢ ὡς πρὸς τὸ τέλος, οἷον τῷ φαρμακεύθαι· ἢ ὡς τῷ κατὰ συμβεβηκός, καθάπερ δὴ τῷ οἴνου ὁ φιλόγλυκυς, οὐχ ὅτι οἶνος, ἀλλ' ὅτι γλυκύς ἐστι. καθ' αὐτὸ μὲν γὰρ τὸ γλυκέος ἐπιθυμεῖ, τὸ δὲ οἴνου κατὰ συμβεβηκός. ἐπεὶ γὰρ αὐστηρὸς ἦ, οὐκέτ' ἐπιθυμεῖ· κατὰ συμβεβηκὸς οὖν ἐπιθυμεῖ. χρήσιμος δ' ὁ τόπος οὗτος ἐν τοῖς πρὸς τι. σχεδὸν γὰρ τὰ τοιαῦτα πρός τί εἰσιν.

Varii loci, CAP. IV.

1 *A mutatione nominis.* 2 *A genere vel specie subiecti, vnde probatur contraria subiecto inesse vel non inesse.* 3 *A speciebus attributi.* 4 *A pluribus definitionibus.* 5 *Ab antecedentibus, vel consequentibus.* 6 *A tempore.*

a *Si nomen obscurum vt notius mutetur.*

PRæterea[a] *vtilis est* commutatio in notius nomen: veluti *si* pro exquisito in existimatione *dicatur* perspicuum: & pro curiositate, rerū studium & cura, cùm enim notius sit quod dictū est, faciliùs contra thesim argumentari possumus. Est autē hic quoque locus communis, & ad ambo *valet, id est*, & ad refutandum & ad cōfirmandum. ¶ Vt[b] autē probetur contraria eidem[c] inesse, respicere *oportet* ad genus[d], vtputa si probare velimus, in sensu esse rectitudinem & peccatum: *quia* sentire est iudicare: iudicare autem licet rectè & nō rectè: etiā in sensu erit rectitudo & peccatū. Nunc igitur ex genere demōstratio *facta est* de specienā iudicare *est* genus sentiendi. quin etiā, iudicat aliquo modo.

Ἔτι τὸ μεταλαμβάνειν εἰς τὸ γνωριμώτερον ὄνομα. οἷον αὐτὴ τὴ ἀκριβοῖς ἂν ὑπολήψει, τὸ σαφές. καὶ αὐτὴ τῆς πολυπραγμοσύνης, τὴν φιλοπραγμοσύνην. γνωριμώτερον δὲ νομίσαι τὸ ῥηθέντος εὐεπιχειρητότερα ἢ ὄντος. ἔστι δὲ καὶ οὗτος ὁ τόπος πρὸς ἄμφω κοινός, καὶ πρὸς τὸ ἀπασκευάζειν, καὶ κατασκευάζειν.

b *Si contraria in idem vel non inesse generi aut speciei subiecti.*
c Subiecto.
d Subiecti.

¶ Πρὸς δὲ τὸ δεῖξαι ταὐτὰ τῷ αὐτῷ ὑπάρχοντα, σκοπεῖν δεῖ τὸ γένος· οἷον εἰ βουλόμεθα δεῖξαι ὅτι ἔστι τὸ αἰσθάνεσθαι ὀρθότης καὶ ἁμαρτία· τὸ δὲ αἰσθάνεσθαι, κρίνειν ἐστί, κρίνειν δὲ ἔστιν ὀρθῶς καὶ μὴ ὀρθῶς· καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι ἄρα ἐστὶν ὀρθότης καὶ ἁμαρτία. νῦν μὲν οὖν ἐκ τοῦ γένους τὸ εἶδος ἀποδείκνυται. τὸ γὰρ κρίνειν, γένος τοῦ αἰσθάνεσθαι· ὁ γὰρ αἰσθανόμενος, κρίνει πως.

πάλιν

πάλιν δ' ἐκ τῶ εἴδους τοῦ γένους. ὅσα γὰρ τοῦ εἴδει ὑπάρχει καὶ τοῦ γένει[a]. οἷον εἰ ἔστιν ὀπτικὴμη φαύλη καὶ ἀσυδαία, καὶ διάθεσις ὀπτὶ φαύλη καὶ ἀσυδαία. ἡ γὰρ διάθεσις, τῆς ὀπτικῆς γένος. ὁ μὲν οὖν πρότερος τόπος, ψευδὴς ὅτιν εἰς τὸ κατασκευάσαι· ὁ δὲ δεύτερος, ἀληθής. ἃ γὰρ ἀναγκαῖον, ὅσα τοῦ γένει ὑπάρχει, καὶ τοῦ εἴδει ὑπάρχειν. ζῶον μὲν γάρ ὅτι πλεῖον καὶ τετράπουν· ἀνθρωπος δ' οὔ. ὅσα δὲ τοῦ εἴδει ὑπάρχει, ἀναγκαῖον καὶ τοῦ γένει. εἰ γάρ ὅτιν ἄνθρωπος ἀσυδαῖος, καὶ ζῶον[c] ὅτι ἀσυδαῖον. πρὸς δὲ τὸ ἀνασκευάζειν, ὁ μὲν πρότερος, ἀληθής· ὁ δὲ δεύτερος, ψευδής· ὅσα γὰρ τοῦ γένει ἐχ ὑπάρχει, οὐδὲ τοῦ εἴδει. ὅσα δὲ τοῦ εἴδει μὴ ὑπάρχει, οὐκ ἀναγκαῖον τοῦ γένει μὴ ὑπάρχειν.

¶ Ἐπεὶ[d] δ' ἀναγκαῖον, ὧν τὸ γένος κατηγορεῖται, καὶ τῶν εἰδῶν τι κατηγορεῖσθαι· καὶ ὅσα ἔχει τὸ γένος, ἢ παρωνύμως λέγεται ἀπὸ τοῦ γένους λέγεται, καὶ τῶν εἰδῶν τι ἀναγκαῖον ἔχειν, ἢ παρωνύμως ἀπό τινος τῶν εἰδῶν λέγεσθαι: (οἷον εἴ τινος ὀπτικὴμη κατηγορεῖται· καὶ γραμματικὴ, ἢ μουσικὴ, ἢ τῶν ἄλλων τις ὀπτικῶν κατηγορηθήσεται· καὶ εἴ τις ἔχει ὀπτικὴμ, ἢ παρωνύμως ἀπὸ τῆς ὀπτικῆς λέγεται· καὶ γραμματικὴν ἕξει, ἢ μουσικὴν, ἢ τινα τῶν ἄλλων ὀπτικῶν· ἢ παρωνύμως ἀπό τινος αὐτῶν ῥηθήσεται, οἷον γραμματικὸς, ἢ μουσικὸς) ἐὰν οὖν τι τεθῇ λεγόμενον ἀπὸ τοῦ γένους ὁπωστιοῦν, εἶον τὸ τῶν ψυχῶν κινεῖσθαι· σκοπεῖν, εἰ καὶ τι τῶν εἰδῶν τῶν τῆς κινήσεως ἐνδέχεται τῶν ψυχῶν κινεῖσθαι·

Contrà etiam ex specie *probari potest ineſſe* generi: quæcumque enim speciei insunt, etiam generi *insunt*[a]. veluti si scientia est mala & bona, etiã dispositio est mala & bona: quia dispositio est genus scientiæ. Ac prior quidem locus falsus est, *si* ad confirmandum *adhibeatur*. posterior autem *est* verus. ¦non enim *necesse est*, vt quæcumque[b] generi insunt, etiã speciei insint: etenim animal est alatum & quadrupes, homo nõ *item*. quæcumque verò speciei insunt, necessariò etiam generi *insunt*: nam si est homo probus, etiam animal[c] est probum. At si *adhibeantur* ad refutãdum: prior *locus est* verus, posterior *est* falsus. nam quæcumque generi nõ insunt, nec speciei *insunt*. quæ verò speciei non insunt, vt generi non insint, necesse non *est*.

¶ Quia[d] verò necesse *est*, quibus genus attribuitur, etiam speciẽ aliquam attribui: & quæcumque habent genus, vel denominatiuè à genere dicuntur, etiam speciem aliquam habere necesse *est*, vel denominatiuè ab aliqua specie dici: (veluti si cui scientia attribuitur: etiam grammatica, vel musica, vel aliqua alia scientia attribuetur. & si quis habet scientiam, vel denominatiue à scientia dicitur: etiam grammaticam habebit, vel musicam, vel aliquam aliam scientiam: vel denominatiuè ab aliqua earum dicetur, putà grammaticus, vel musicus) si quid igitur positum fuerit, quod dicatur à genere quomodocumque, vt animam moueri: considerare oportet, an secundum aliquã speciẽ mot⁹ accidat animã moueri:

a Non tamẽ omni & vniuersaliter.

b Sanè quærum que essentiã ge neris complent, necessariò speciebus omnibus attribuũtur. sed non quicquid generi accidit, & speciei accidit: quoniam accidere generi dicuntur etiam ea que quarũdã speciẽ proprie sumtæ albor ac cidit animali, quia inest cygno, nõ tamen reperitur in coruo. Sic cõtraria insunt generi, nõ tamen cuiuis speciei: quandoquidem ideo dicuntur inesse generi, quia aliud alij specitinest, aliud alij: vt albor & nigror insunt animali, quia nigror inest coruo, albor cygno. ergo neque coruo inest albor & nigror, neque cygno.

c Non tamen omne animal.

d *Si accidente attribuiti ſpecies vni. La oſtſi ſubiecta.*

a Consequi dū esse ad definitionem, si argumentorum copia contra thesim non suppetat.

b Nam dialecticus non solum accipit vera, sed etiam probabilia.

c Si antecedit sit, aut consequens nō sit.

d In problemate.

e Veluti si confirmare velimus omnem voluptatem esse bonū, vtemur argumento ab antecedente, ita vt arguamus hypothetice à positione antecedentis ad positionem consequentis, hoc modo, Si omnis voluptas est naturalis, omnis voluptas est bona: atqui omnis voluptas est naturalis: ergo omnis voluptas est bona, vel in Barbara, hoc modo. Omne naturale est bonum: omnis voluptas est naturalis: ergo omnis voluptas est bona.

f Vt si velimus euertere hanc thesim, Omnis voluptas est bona: arguemus à consequenti ad antecedens vel hypothetice hoc modo: Si omnis voluptas est bona, omnis voluptas est expetēdaque non omnis voluptas est expetēda: ergo nō omnis voluptas est bona. vel categorice in secunda figura hoc pacto, Omne bonū est expetendum: nō omnis voluptas est expetēda: ergo nō omnis voluptas est bona.

g Si accidens non semper existit in subiecto.

veluti *an accidat* augeri, vel minui, vel corrumpi, vel fieri, vel alia motionis specie *cieri*. si enim secundum nullam *speciem id accidit*: perspicuum *est*, *animam* non moueri. Hic autem locus *est* cōmunis, & ad ambo, *id est*, & ad cō firmandum & *ad* infirmandum *valet*. nam si secundum aliquam speciem mouetur, procul dubio mouetur: & si secundum nullam speciem mouetur, procul dubio non mouetur. ¶ Cui[a] verò non suppetit argumētorum copia ad thesim *pertinentium*, *is* considerare *& argumēta petere debet* ex definitionibus, quæ sunt, vel esse vi dentur[b] rei propositæ. & si ab vna non *possit*, à pluribus *petat*. iis enim qui *rē* definierint, facilius erit argumētari: quippe cùm ad definitiones facilior sit argumētatio. ¶ Considerare[c] autem oportet in eo quod propositum est[d], cui rei consequens sit quod est propositum: & quid necessariò sit, si sit id quod est propositum. Confirmare igitur volenti, *considerandum est* cui rei necessariò consequens sit quod est propositum. nam si id probatū fuerit esse id quoque quod est propositum, probatum erit[e]. Refellere autem volenti, *considerandū est*, quid sit, si quod est ꝓpositū, sit. si enim ostendemus id quod est proposito consequens, non esse: sublatum erit quod est propositum[f]. ¶ Præterea[g] ad tempus respicere *oportet*, an alicubi discrepet. Veluti si *quis* dixerit id quod alitur, necessariò augeri. nā animalia semper aluntur. non tamen semper augentur. Itémque si quis dixerit scire, *nihil aliud esse quam* meminisse. hoc enim est præteriti temporis: illud verò etiam præsentis, & futuri: quādoquidem scire dicimur præsentia, & futura, veluti Solis

ἕκλει-

οἷον αὔξεσθαι, ἢ μειοῦσθαι, ἢ φθείρεσθαι, ἢ γίνεσθαι, ἢ ὅσα ἄλλα κινήσεως εἴδη. εἰ γὰρ κατὰ μηδὲν, δῆλον ὅτι οὐ κινεῖται. σκεπτέον δὲ ὁ τόπος κοινὸς πρὸς ἄμφω, πρός τε τὸ κατασκευάζειν καὶ ἀνασκευάζειν. εἰ γὰρ κατά τι τῶν εἰδῶν κινεῖται, δῆλον ὅτι κινεῖται. καὶ εἰ κατὰ μηδὲν τῶν εἰδῶν κινεῖται, δῆλον ὅτι οὐ κινεῖται. ¶ Μὴ δυ[a] ποτε δὲ τῶν ῥημάτων πρὸς τὴν θέσιν, σκοπεῖν ἐν τῷ ὁρισμῷ ἢ τῷ ὄντων ἢ προσκειμένων πρός τι, ἢ τῷ δοκούντων· κἂν εἰ μὴ ἀφ' ἑνός, ἀλλ' ἀπὸ πλειόνων. ῥᾷον γὰρ ὁ ὁρισμοῖς ὅπλοις χειρῶν ἐς αὐτὸ τὸ θέσιν γὰρ τοὺς ὁρισμοὺς, ῥᾷον ἡ ὅπλοις χείρησις. ¶ Σκοπεῖν δὲ δεῖ τὸ προσκείμενον[b], πότερον τὸ προσκείμενον ὄντος τοῦ ἢ τὸ ὄντος ἐξ ἀνάγκης, εἰ τὸ προσκείμενον ἐστί. κατασκευάζειν μὲν οὖν βουλομένῳ, πότερον ὄντος τὸ προσκείμενον ἐστὶν [ἐξ ἀνάγκης. ἐὰν δὲ ἐκεῖνο δείχθῇ ὑπάρχον, καὶ τὸ προσκείμενον δεδειγμένον ἔσται. ἀνασκευάζειν δ' βουλομένῳ, τί ὄντι εἰ τὸ προσκείμενον ὄντι. ἐὰν δὲ δείξωμεν τὸ ἀκόλουθον τῷ προσκειμένῳ μὴ ὄν, ἀνῃρηκότες ἐσόμεθα τὸ προσκείμενον. ¶ Ἔτι[c] δὲ πρὸς τὸν χρόνον σκεπτέον εἰ που διαφωνεῖ. ἆρ' εἰ τὸ ξηρὸν μὲν ἐφησεν ἐξ ἀνάγκης αὔξεσθαι. ξηρὸν μὲν γὰρ ἀεὶ τὸ ζῷον, αὐξόμενον δ' οὐκ ἀεί. ὁμοίως δὲ καὶ εἰ τὸ ἐπίστασθαι ἐφησέ τις μεμνῆσθαι. τὸ μὲν γὰρ, τὸ παρεληλυθότος χρόνου ὄντι· τὸ δὲ, καὶ τὸ παόντος, καὶ τὸ μελλόντος. ἐπίστασθαι μὲν γὰρ λεγόμεθα τὰ παόντα, καὶ τὰ μέλλοντα, οἷον ὅτι ἐσαῦθις

ἔλειψις. μνημονεύειν δὲ οὐκ ἐνδέχεται, ἀλλ' ἢ τὸ παρελήλυθός.

defectionē fore. meminisse autem non possumus, nisi quod præteritum est.

Loci à translatione disputationis, CAP. V.

1 *De translatione ad id, per quod problema confirmatur, vel euertitur:* 2 *vel ad id quod ni præsistit consequens est.*

1 ΕΤΙ[a] ὁ σοφιστικὸς[b] τρόπος, τὸ ἄλλο εἰς τοιοῦτον, ὡς ὁ ἀποφήσομεν ὅτι χειρημάτων. τοῦτο δ' ἔστιν ὅτε μὲν ἀναγκαῖον, ὅτε δ' οὐ φανόμενον ἀναγκαῖον, ὅτε δὲ οὔτε φανόμενον οὔτε ἀναγκαῖον. ἀναγκαῖον μὲν οὖν, ὅταν ἀρνησαμένου τὸ ὑποκειμένου τὴν ὡς τὸ θέσιν τι χρήσιμον, ὡς πρὸς τοῦτο τοὺς λόγους ποιῆται[c]· τυγχάνη δὲ τοῦτο τὴν τοιοῦτον ὄν, ὡς ὁ δύπορεῖν ὄζιν ἐπιχείρημάτων. ὁμοίως δὲ καὶ ὅταν ἐπαγωγὴ[d] ὡς τι ὄζα τὸ καιμένου ποιησάμενος, ἀναιρεῖν ἐπιχειρῇ τοῦτο· ὃ δὲ ἀναιρεθέντος, καὶ τὸ ὡς κείμενον ἀναιρεῖται. φαινόμενον δὲ ἀναγκαῖον, ὅταν φαίνηται μὲν χρήσιμον καὶ οἰκεῖον τῆς θέσεως, μὴ ἦ δὲ, ὡς ὁ γίγνονται οἱ λόγοι· ἔστε ἀρνησαμένου τὸ τὸν λόγον ὑπέχοντος, εἴτε δοὺ ἐπαγωγῆς ἐν δόξου ὄζα τῆς θέσεως ὡς αὐτὸ γινομένης, ἀναιρεῖν ἐπιχειρεῖ αὐτό. τὸ δὲ λοιπὸν, ὅταν μήτε ἀναγκαῖον ᾖ, μήτε φανόμενον[e], ὡς ὁ γίνονται οἱ λόγοι· ἄλλως[f] δὲ παρέξελέγχεσθαι συμβαίνει τὸ ὑποκειμένου. δεῖ δὲ δύλαβεῖσθαι τὸν ἔλαττον τὴν ἠνθέντων τρόπον· παντελῶς γὰ ἀπιρημένος καὶ ἀλόγιος ἔοικεν εἶναι πᾶς διαλεκτικῆς. διὸ δεῖ καὶ τὸν ὑποκειμένου μὴ δυσκολαίνειν,

1 *Si disputatio ad aliam rem transferatur.*

a

b Sophisticū vocat quia sophistæ hoc sæpe vsurpant. omissio enim principali problemate, de alia re differēr, ad quam disputationem transferunt. sed ita demum est vere sophisticus, si translatio sine iusta ratione fiat, quia scilicet nec est necessaria, nec videtur esse necessaria: alioquin est dialecticus.

c Exempli causā vt probem animā esse immortalē, sumo hoc principium, eā à se moueri: id aduersarius negat: proinde ad hoc disceptatio transfertur.

d Abductio est, cum syllogismus perficitur, tum negatur ab aduersario propositio. De abductione lege cap. 25. lib. 2. Prior. Analyt. Græci codices (vt Grutchius animaduertit) hoc loco mendosi sunt. in quibus legitur ἐπαγωγὴν, cùm legendum sit ἀπαγωγὴ. Sic paulo pòst vbi est ἀπαγωγὴ, scriptum esse oportuit ἀπαγωγῆ.

e Quia nec pertinet nec pertinere videtur ad thesim.

f Quia non monuit id ad thesim non pertinere, sed id simpliciter negauit: itaque eo probato reprehensus est.

Nn ij

2 *Si* præterea sophisticus[b] modus, *quo aduersarius* ducimus ad id de quo argumentorum copia nobis suppetet. hoc autem interdum necessarium *est*, interdum videtur necessarium, interdum nec videtur, nec *est* necessarium. Necessarium est, cùm negante eo qui respondet, aliquid eorum quæ ad thesim pertinēt, ad id rationes diriguntur[c]: accidit autem vt id sit ciusmodi, ad quod argumentorum copia suppetat. Similiter etiam *fit*, cùm *quis* ab eo quod positum est, ad aliquid abductione[d] facta, *id* euertere tentat. eo nāque euerso, etiam propositum euertitur. Videtur autem necessarium, cùm ad thesim pertinere videtur, nec tamen pertinet, id ad quod rationes referuntur: siue negante eo qui disputationem sustinet, siue abductione probabili à thesi ad illud facta, id euertere conetur. Reliquum *est*, cùm *id* ad quod rationes diriguntur, nec est necessarium, nec esse videtur[e], sed citra rationem[f] accidit vt respondens redarguatur. *Horum* quos dixi modorum vltimum vitare oportet: quoniam omnino remotus & alienus videtur esse à dialectica. Quocirca debet etiam is qui respōdet, nō grauatè respōdere,

2 *vel ad id quod* a *Si disputatio ad aliam rem transferatur.*

sed concedere quæ non pertinent ad thesim, significans quænam *sibi* non videantur, licèt *ea* concedat. plerumque enim accidit vt magis argumentorum inopia laborent ij qui interrogant, cùm omnia eis concedun-
a Quæ non pertinet ad thesim.
tur, quæ sunt eiusmodi [a], si non concludant. ¶ Præterea [b] omnes qui quidquis dixerint, quodammodo multa dixerunt: quia multa cuique *rei* necessariò consequentia sunt: veluti qui dixit hominem esse, etiam animal esse dixit, & animatum, & bipedem, & intelligentiæ scientiæque capacem. Quare quouis eorum quæ consequuntur, sublato, tollitur etiam *problema* ab initio *propositum*. Sed cauere oportet, ne ad id quod sit difficilius [c], transiatio fiat. interdum enim facilius *est*, consequens euertere: interdum verò ipsum *problema* propositũ.
b Si quis arguitur de eo quod proposito consequitur.
c Quod difficilius probari possit.

ἀλλὰ πιθέναι τὰ μὴ χρήσιμα πρὸς τὸν θέσιν, ὅτι σημαινόμενόν μὴ δοκεῖ μόνον, πάσει δὲ μᾶλλον τὸ διορᾶν ὡς ἐπιτοπολὺ συμβαίνει τοῖς ἐρωτῶσιν, πάντων τιθεμένων αὐτοῖς τῶν τοιούτων [a], ἐὰν μὴ προαίνωσιν. ¶ Ἔτι [b] πᾶς ὁ εἰρηκὼς ὁπῶν, ζῷον πινὰ πολλὰ εἴρηκεν, ἐπειδὴ πλείω ἑκάστῳ ἕξι ἀναγκαῖα ἀκόλουθα ἔξιν. οἷον ὁ εἰρηκὼς ἄνθρωπον ἔφη, καὶ ὅτι ζῷόν ἐξιν εἰρηκε, καὶ ὅτι ἔμψυχον, καὶ ὅτι δίπουν, καὶ ὅτι νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν. ὥστε ὁπωσοῦν ἑνὸς τῶν ἀκολούθων ἀναιρεθέντος, ἀναιρεῖται καὶ τὸ ἐν ἀρχῇ. διαβεβλῆσθαι δὲ χρὴ εἰς τὸ χαλεπώτερον [c] ποιεῖσθαι μεταλαμβάνειν. ἐνίοτε μὲν γὰρ ῥᾷον τὰ ἀκόλουθον ἀνελεῖν, ἐνίοτε δὲ αὐτὸ τὸ προκείμενον.
a Quæ non pertinent ad thesim.
b Si quis arguitur de eo quod proposito consequitur.
c Quod difficilius probari possit.

Alij loci, CAP. VI.

1 *Ab oppositis immediatis.* 2 *Ab etymologia.* 3 *A diuisione accidentis.* 4 *A polysynnito.*

d Si necesse sit alterum inesse, alterum non inesse.
QVibus [d] autem in *rebus* necesse est alterum solum inesse vel non inesse, vt homini *necesse est inesse vel* morbum vel sanitatem, si de altero possumus copiosè disserere *ac probare* inesse, vel non inesse, etiam de altero poterimus. hoc autem conuertitur & ad ambo [e] valet. nam si probauerimus alterum inesse: probatum erit, reliquum inesse. si verò probabimus non inesse: probatũ erit nõ reliquum inesse. perspicuum igitur *est*, ad ambo [f] valere *hunc* locum. ¶ Insuper [g] *oportet* argumẽtari, trãslato nomine ad notationẽ [h], quasi *sit* maximè cõsẽtaneũ accipere [i], *ea* τα τοιῶδε μα [ὅπῃ τὸν λόγον [h], ὡς μάλιστα προσῆκον ἐπιλαμβάνειν [i], ἢ ὡς
e Ad confirmandum, & ad infirmandum.
f Repone, vt paulo supra.
g Ὅτι τῶν ὀνομάτων vocabuli vim videatur cõsentire cum etymologia,
h Etymologiã.
i Ab etymologia interpretationem vocabuli, potiùs quàm ab vsu.

Οἷς [d] δὲ ἀνάγκη μόνον θάτερον ὑπάρχειν, [ἢ μὴ ὑπάρχειν,] ἢ τῷ ἀνθρώπῳ τὸν νόσον, ἢ τὸν ὑγίειαν· ἐὰν περὶ ὁτιοῦν μὲν διαπορῶμεν ἱκανῶς δυνάμεθα, ὅτι ὑπάρχει, ἢ οὐχ ὑπάρχει· καὶ περὶ τὸ λοιπὸν διαπορήσομεν. τοῦτο δὲ ἀντιστρέφει πρὸς ἄμφω [e]. δείξαντες μὲν γὰρ ὅτι ὑπάρχει θάτερον, τὸ λοιπὸν δεδειχότες ἐσόμεθα ὅτι οὐχ ὑπάρχει. ἐὰν δὲ ὅτι οὐχ ὑπάρχει δείξωμεν, τὸ λοιπὸν ὅτι ὑπάρχει δεδειχότες ἐσόμεθα. δῆλον οὖν ὅτι πρὸς ἄμφω [f] χρήσιμος ὁ τόπος ἐστίν. ¶ Ἔτι [g] τὸ ὀπῃχρὴν μεταφέρ
d Si necesse sit alterum inesse, alterum non inesse.
e Ad confirmandum, & ad infirmandum.
f Repone, vt paulo supra.
g Ὅτι τῶν ὀνομάτων vocabuli vim videatur cõsentire cum etymologia,
h Etymologiã.
i Ab etymologia interpretationem vocabuli, potiùs quàm ab vsu.

ἢ ὡς κεῖται [a] τοὐναντίωμα. ἢ δὲ ψυχὴ μὴ τὸν αὐτρεῖον κοσμοπερ κεῖται μᾶλλον τὸν δίκαιον ψυχὴν ἔχοντα καθάπερ καὶ δεῖπνον, τὸν ἀγαθὸν ἐλπίζοντα: ὁμοίως δὲ καὶ δαίμονα, εἰ αὐτὸ δαίμων ἢ ἀνευδαίμων καθάπερ Ξενοκράτης φησὶν δὲ δαίμονα εἶναι τὸν τὴν ψυχὴν ἔχοντα σπουδαίαν· ταύτην γὰρ ἑκάστῳ δαίμονα. ¶ Ἐπεὶ [b] δὲ τῶν γιγνομένων τὰ μὲν, ὡς ἐξ ἀνάγκης ἐστὶ [c] τὰ δὲ, ὡς ὅπιτοπολύ [d]· τὰ δὲ, ὁπότερ' ἔτυχεν [e]: ἐὰν τὸ ὡς ἐξ ἀνάγκης, ὡς ὅπιτοπολὺ τιθῇ· ἢ τὸ ὡς ἐπιτοπολύ, ὡς ἐξ ἀνάγκης, ἢ αὐτὸ, ἢ τὸ ἐναντίον [f] τῷ ὡς ὅπιτοπολύ: ἀεὶ δὲ δώσει τόπον ὅπιχειρήματος. ἐὰν γὰρ τὸ ὡς ἐξ ἀνάγκης, ὡς ὅπιτοπολὺ τιθῇ· δῆλον ὅτι οὐ παντὶ φησιν ὑπάρχειν, ὑπάρχοντος παντί. ὥστε ἥμαρτηκεν. εἴτε τὸ ὡς ὅπιτοπολὺ λειπόμενον, ὡς ἀνάγκης ἔφησε. παντὶ γὰρ φησιν ὑπάρχειν, οὐχ ὑπάρχοντος παντί. ὁμοίως δὲ κἂν εἰ τὸ ἐναντίον τῷ ὡς ὅπιτοπολὺ ὡς ἀνάγκης εἴρηκεν: ἀεὶ γὰρ ἐπ' ἔλαττον λέγει τὸ ἐναντίον τῷ ὡς ὅπιτοπολύ. οἷον εἰ ὡς ὅπιτοπολὺ φαῦλοι οἱ ἄνθρωποι, ἀγαθοὶ ἐπ' ἔλαττον. ὥστε ἔτι μᾶλλον ἡμάρτηκεν, εἰ ἀγαθοὺς ὡς ἀνάγκης εἴρηκεν [g]). ὥσαύτως δὲ κἂν εἰ τὸ ὁπότερ' ἔτυχεν, ὡς ἀνάγκης ἔφησεν, ἢ ὡς ὅπιτοπολύ. ὥστε γὰρ ὡς ἀνάγκης τὸ ὁπότερ' ἔτυχεν, οὐδ' ὡς ὅπιτοπολύ. ὁ δὲ δέχεται [h] δὲ, κἂν μὴ διορίσας εἴπῃ, πότερον ὡς ὅπιτοπολύ, ἢ ὡς ὡς ἐξ ἀνάγκης εἴρηκεν, ἢ δὲ τὸ ὡς ἔτυχεν ὡς ὅπιτοπολύ, ὀφείλεσθαι ὡς ὡς ἐξ ἀνάγκης εἰρηκότος αὐτό. ἢ εἰ φαῦλοι τοὺς ἀποκλήρους ἔφησεν [i]), μὴ διορίσας.

potiùs quàm vt positum est [a] nomen. veluti τὸ εὐτυχὲς, (id est, bene animatũ) esse non virtũ fortè, quẽadũ odũ positũ est, sed eum qui τὸν τῶν εὐ ψυχῶν habet, id est, bene animo effictum. sicut τὸ εὐδαίμων, (id est, bonum esse [i] eum qui bona exspectat: si militer τὸ δαίμονα (id est beatũ) eũ cuius dæmon est bonus: quemadmodum Xenocrates ait τὸ δαίμονα esse, cuius animus sit bonus: hũc enim cuique esse dæmonẽ. ¶ Quoniam [b] autẽ rerum aliæ necessariò sunt [c], aliæ plerumque [d], aliæ vtrolibet modo [e]: si *quis* id quod necessariò *est*, plerũque *accidere* ponat: vel id quod plerumque *est*, sive cõtrariũ [f], *ponat esse* necessariò: semper locum præbet argumento. nam si necessarium, vt plerumque *accidens* posuerit: perspicuũ *est enim* dicere, non omni inesse, cùm omni insit. quare peccauit. necnon si id quod plerumque dicitur, necessariò *esse* dixerit: omni enim inesse ait, cùm non insit omni. similitérque si cõtrarium ei quod plerumque *accidit*, necessariò esse dixerit. semper enim in pauciorib' dicitur quod est plerumque *accidenti* contrarium. veluti si homines plerumque *sunt* improbi, pauciores *sunt* boni. quapropter adhuc magis errauit, si bonos necessariò esse dixerit. Itidem & si id quod vtrolibet modò *æquè* accidit, necessariò, vel plerumque *esse* dixerit. quod enim vtrolibet modo accidit, nec necessariò est, nec plerumque. Sed & si *quis* non definierit, vtrùm plerumque an necessariò *esse* dicat, res autem plerumque sit: disputari potest [g], quasi ille ex necessitate *esse* dixerit. vt si exheredes dixerit prauos esse, nec definierit: disputari *contra eum* potest:

a In probl. ma-
tein quo resp. o-
dens respexit ad
vsum potius,
quàm ad etymo
logiam.

b *Si non ita dicatur inesse est inest.*
c Vt coruus ne-
cessariò est ni-
ger, cygnus ne-
cessariò albus.
d Vt matres plerumque diligũt liberos suos. & qui exheredantur à parẽtibus, plerumque sunt improbi. Porrò sub hoc mẽbro tacitè continetur oppositum, id est, quod rariò fit.
e Veluti æquè accidere potest, vt vestis atteratur, vel non atteratur.
f Id est, quod raro accidit.

g Quia simpliciter & absolutè asseruit quod non est verè nisi cum adiectione, qua significetur plerumque accidere.

quasi dixerit necessariò prauos esse. ¶ Præterea[a] *videndum est*, an eandem rem sibi accidere posuerit, quasi diuersam, propterea quòd nomen diuersum sit. quemadmodum Prodicus diuisit voluptates in gaudium, & iucunditatem, & lætitiam. hæc enim omnia eiusdem *rei, id est* voluptatis nomina sunt. Si quis igitur gaudium lætitiæ dicat accidere, idem sibi accidere dicet.

ὡς εἰ ἀναγκαῖον εἰρηκότος αὐτὸ, ἀγαθὸν εἶναι. ¶ Ἔτι [a]εἰ καὶ αὐτὸ ἑαυτῷ συμβεβηκὸς ἐθήκατο ὡς ἕτερον, ἀλλὰ τὸ ἕτερον εἶδος ὄνομα. καθάπερ Πρόδικος διῄρειτο τὰς ἡδονὰς εἰς χαρὰν, καὶ τέρψιν, καὶ εὐφροσύνην. ταῦτα γὰρ πάντα τοῦ αὐτοῦ τῆς ἡδονῆς [b]ὀνόματός ἐστιν. εἰ οὖν τις τὸ χαίρειν τῷ εὐφραίνεσθαι φήσει συμβεβηκέναι, αὐτὸ αὐτῷ φαίη συμβεβηκέναι.

a Si quid sibi ipsi accidere dicatur.
b De contrariorū coniunctione.
c Simit Aristoteles quatuor terminos quorū duo sunt subiecti, vt amici & inimici: duo attributi, vt bene facere. & malè facere. illi sunt inter se contrarij: itémque hi inter se. horum terminorum cō iunctione fiunt quatuor propositiones contrariæ, quas prioris diagrammatis circuli comprehendunt: ita vt circulus interior contineat attributū, alter subiectum. vt autē duo termini cōiunguntur vt efficiant enunciationem, ità duæ enunciationes coniungi possunt. sed termini coniungēbātur quatuor mōdis, enunciationes verò coniunguntur sex modis, quos ciuisdē diagrammatis lineę demonstrāt. d Repugnantia. e Id est, κατὰ δ', κατὰ δ'.
f Vtrumque cōtrarium attribu tum, vt bene & malè mereri.
g Vtrique contrario subiecto, vt amicis & inimicis.
h De amicis bene mereri, beneficiis amicos afficere.
i De inimicis malè mereri.

Locis à contrariis, CAP. VII.


ea quæ non *licet*[a]. ¶ Et quæ erga amicū agere malumus, hæc sunt magis eligenda quàm quæ erga quemuis. vt iustè agere, & bene facere, magis *eligenda sunt* quàm videri. amicis enim benefacere malumus quàm videri: quibuslibet autē è contrario. ¶ Et quæ *sunt* ex abūdanti, necessariis *sunt* meliora, interdum autem & magis eligenda. melius enim quàm viuere, est bene viuere. bene autem viuere est ex abundanti: at ipsum viuere *est* necessarium. Interdum verò quæ sunt meliora, non *sunt* etiam magis eligenda. non enim si *sunt* meliora, *ideirco* necesse *est et sint* magis eligenda. nā philosophari, melius *est* quàm quæstum facere: sed ei nō *est* magis eligendum, qui indiget *rebus* necessariis. Ex abundanti verò est, cùm res necessarię suppetūt, & aliæ præterea quædam honestæ parantur. Ac ferè est fortasse magis eligendum, quod est necessarium: melius autē, quod *est* ex abundanti. ¶ Et quod ab alio suppeditari nō potest, *melius est* eo quod potest etiam ab alio *suppeditari*: quomodo affecta est iustitia ad fortitudinem. ¶ Et si hoc sine illo *est* eligendum, illud verò sine hoc non *sit*. vt vis sine prudentia non *est* eligēda, prudentia verò sine vi est *eligenda*.

τῶ ἐν τῷ ἑτέρῳ βελτίσου. οἷον εἰ βελτίων ἀνθρωπος ἵππου, καὶ ὁ βέλτιστος ἀνθρωπος τοῦ βελτίστου ἵππου βελτίων. ¶ Καὶ εἰ τὸ βέλτιον τοῦ βελτίστου βέλτιον, καὶ ἁπλῶς τοῦτο βέλτιον. οἷον εἰ ὁ βέλτιστος ἀνθρωπος τοῦ βελτίστου ἵππου βελτίων, καὶ ὁ ἁπλῶς ἀνθρωπος τοῦ ἁπλῶς ἵππου βελτίων. ¶ Ἔτι ὧν ἔξεστι τοῖς φίλοις μᾶλλον, αἱρετώτερα, ἢ ὧν μή[a]. ¶ Καὶ ἃ πρὸς τὸν φίλον πρᾶξαι μᾶλλον βουλόμεθα, ἢ ἃ πρὸς τὸν τυχόντα, ταῦτα αἱρετώτερα. οἷον τὸ δικαιοπραγεῖν, καὶ δεῖ ποιεῖν μᾶλλον ἢπερ τὸ δοκεῖν. τοῖς μὲν φίλοις δεῖ ποιεῖν βουλόμεθα μᾶλλον, ἢ δοκεῖν· τοῖς δὲ τυχόντας ἀναπαλιν. ¶ Καὶ τὰ ἐν περιουσίας τῆς ἀναγκαίων βελτίω, ὡς ἐστι δὲ καὶ αἱρετώτερα. βέλτιον μὲν τὸ ζῆν, τοῦ ζῆν· τὸ δὲ οὐ ζῆν, ἐστὶν ὅτε περιουσίας· αὐτὸ δὲ τὸ ζῆν, ἀναγκαῖον. ὡς ἐστι δὲ τὰ βελτίω, οὐχὶ καὶ αἱρετώτερα· οὐδὲ εἰ βελτίω, ἀναγκαῖον καὶ αἱρετώτερα· τὸ μὲν φιλοσοφεῖν, βέλτιον τῷ χρηματίζεσθαι, ἀλλ' οὐχ αἱρετώτερον τοῦ ἐνδεεῖ τῶν ἀναγκαίων. τὸ δ' ὅτε περιουσίας ἐστὶν, ὅταν ὑπαρχόντων τῶν ἀναγκαίων, ἄλλα τινὰ προσκατασκευάζηται τῆς κυλίνδ. σχεδὸν δὲ ἱκανὸν αἱρετώτερον τὸ ἀναγκαῖον ἐστὶ βέλτιον δὲ, τὸ ὅτε περιουσίας. ¶ Καὶ ὃ μὴ ἔστι παρ' ἄλλο πορισθῆναι, ἢ ὅ ἔστι καὶ παρ' ἄλλου ὁτουοῦν πόρον ἔχειν· ἡ δικαιοσύνη πρὸς ἀνδρείαν. ¶ Καὶ εἰ τόδε μὴ αἱρετὸν τόδε αἱρετὸν, τόδε δὲ αἱρετὸν τόδε μή. οἷον δυνάμις ἀνδρὸς φρονήσεως ἄνευ αἱρετὸν, φρόνησις δὲ ἀνδρὸς δυνάμεως αἱρετόν.

¶ Καὶ

14 ¶Καὶ δυοῖν εἰ θάτερον ἀρνούμεθα, ἵνα τὸ λοιπὸν δόξῃ ἡμῖν ὑπάρχειν· ἐκεῖνο αἱρετώτερον, ὃ βουλόμεθα δοκεῖν ὑπάρχειν. οἷον φιλοπονεῖν ἀρνούμεθα, ἵν' εὐφυεῖς δόξωμεν εἶ).¶Ἔτι ὃ τῆ ἀπουσίᾳ ἧττον ὀνιτιμητέον δυσφοροῦσι, τοῦτο αἱρετώτερον[a]. ¶Καὶ οὗ τῆ ὀνουσίᾳ μὴ δυσφοροῦσι μᾶλλον ὀνιτιμητέον, τοῦτο αἱρετώτερον[b].

14 ¶Et si duorum alterum negamus, vt reliquum videatur nobis inesse: illud *est* optabilius, quod videri volumus inesse. vt laborioſos *nos* esse negamus, vt 15 valere ingenio videamur. ¶Præterea cuius absentiâ qui moleste ferunt, minùs reprehendendi sunt, id *est* optabilius[a]. ¶Et cuius absentiâ qui non ægrè ferũt, magis reprehendendi sunt, id *item est* optabilius[b].

a Vt liberi sunt anteponendi diuitiis: quis minùs reprehẽdimus eos qui ægrè ferunt amissionẽ liberorũ quàm diuitiarũ.
b Vt sanitas est optabilior diuitiis, quia magis reprehenditur qui sanitatis, quàm qui diuitiarum curam non habent.

Alii loci, CAP. III.

1 A propria virtute, quam alterum solum habet, 2 vel magis habet. 3 Si rem in qua est, bonam efficit alterum solum, 4 vel magis: vel alterum pertinet ad rem præstantiorem, alterum ad deteriorem. 5 A casibus & vsu, & actionibus, & operibus, vel contrà. 6 Si cuius sit alterum maius bonum, alterum minus. 7 Si alterum sit rei maioris maius bonum. 8 Si eidem rei alterum sit magis, alterum minùs anteponendum. 9 Ab exsuperantia. 10 Si alterum malimus per nos acquirere, alterum per alios. 11 Ab adiectione ad quamuis rem, 12 vel ad minus bonum. 13 A detractione. 14 Si alterum per se, alterum gloriæ causâ: 15 vel alterum vno, alterum vtroque modo sit eligendum. 16 Si alterũ sit propter se honorabile, alterum propter aliud. 17 Si alterum ad plura conferat, 18 vel magis conferat. 19 A fine. 20 Si alterum æquè probari possit esse eligendum & fugiendum, alterum verò tantummodo eligendum. 21 Epilogus.

1 Ἐπὶ τῷ μᾶλλον τὸ αὐτὸ εἶδος, τὸ ἔχον τὴν οἰκίαν ἀρετὴν, τοῦ μὴ ἔχοντος ἀρετῆς αἱρετώτερον[c]. ¶Ἀμφω δ' ἐχόντων, τὸ μᾶλλον ἔχον[d]. ¶Ἔτι εἰ τὸ μᾶλλον ποιεῖ ἀγαθὸν ἐκεῖνο ᾧ ἂν παρῇ· τὸ δὲ, μὴ ποιεῖ· τὸ ποιοῦν, αἱρετώτερον· καθάπερ θερμότερον τὸ θερμαῖνον, τοῦ μή. ¶Εἰ δὲ ἀμφω ποιεῖ· τὸ μᾶλλον ποιοῦν· ἢ εἰ τὸ βέλτιον ἢ κυριώτερον ποιεῖ ἀγαθόν· οἷον εἰ τὸ μὲν, ψυχὴν· τὸ δὲ, τὸ σῶμα. ¶Ἔτι ὅσα τῇ πίστεων, καὶ τῇ χρήσεων, καὶ τῇ ἕξεων, καὶ τῇ ἔργων, ἢ ταῦτα δὲ ἀπ' ἐκείνων· ἀκολουθεῖ δὲ ἀλλήλοις. εἰ εἰ τὸ δικαίως, αἱρετώτερον τὸ ἀνδρείως· καὶ ἡ δικαιοσύνη τῆ ἀνδρίας αἱρετώτερον. καὶ εἰ ἡ δικαιοσύνη τῆς ἀνδρίας αἱρετώτερον, καὶ τὸ δίκαιον ἀνδρείου μᾶλλον αἱρετόν· καὶ ἡ δικαιοσύνη τῆ ἀνδρίας αἱρετώτερον·

stè *est optabilius* quàm fortiter. Similis est aliorum ratio. ¶ Præterea si eiusdem rei alterum sit maius bonum, alterum minus: *id est* optabilius, quod *est* maius[a]. ¶ Aut si *alterum sit* maioris *rei bonum, id* maius *est*[b]. ¶ Sed & si duo quædam sint aliqua re optabiliora: quod magis est *ea re* optabilius, eo quod est minùs *eadem re* optabilius, optabilius *est*[c]. ¶ Præterea cuius exsuperãtia est optabilior quàm *alterius* exsuperantia, id quoque *est* optabilius. vt amicitia, quàm diuitiæ: quoniam optabilior est exsuperantia amicitiæ, quàm diuitiarum.

¶ Et quod sibi quisque mauult per se parare, quàm quod peralium: *illud est anteponendum*, vt amici diuitiis. ¶ Præterea ex adiunctione *arguendum est*, si eidẽ *rei* quidpiam adiunctum, faciat vt totum sit optabilius[d]. sed cauere oportet, ne proponãtur *ea*, in quibus altero eorum quæ adiunguntur, vtatur id quod commune est, aut aliquo alio modo *ab eo* adiuuetur: reliquo autem nec vtatur, nec *ab eo* adiuuetur. veluti *si coniungas* ferram & falcem cum fabrica: optabilior *est* ferra coniunctim accepta, simpliciter[e] autem non est optabilior. ¶ Præterea si minori adiũctum quidpiam, efficiat vt totũ sit maius[f]. ¶ Similiter etiam *arguendum erit* ex detractione. quo enim ab eadem re ablato, quod relinquitur, est minus: illud est maius: quando quidem ablatum efficit, *vt* id quod relinquitur, minus *sit*[g]. ¶ Et si alterum propter se, alterum propter gloriã sit eligendum: vt sanitas *est optabilior* pulchritudine. Definitio autem eius quod ad gloriam *dirigitur hec est*, Quod nemine conscio non damus operam vt insit. ¶ Et si alterum propter se & propter gloriam *sit* eligendum, alterum verò propter *eorum* alterutrum

a Vt hominis maius bonũ est virtus, quàm diuitiæ: ergo virtus est optabilior.

b Vt sanitas est bonum corporis: scientia est bonum animæ: ergo scientia est sanitati anteponenda.

c Vt sanitati magis anteponenda est virtus q̃ diuitiæ: ergo virtus est anteponẽda diuitiis.

d Vt diuitiæ sunt optabiliores cum nobilitate, quàm cum mereatrice: ergo nobilitas est anteponenda mercatrici.

e Id est, si per se spectetur.

f Vt si paruæ opes cum virtute sunt magis eligendæ, quàm magnæ opes cũ nobilitate: virtus est anteponenda nobilitati quia cum minori bono, id est cum paruis opibus coniuncta, efficit vt totum sit optabilius.

g Vt si diuitiæ sunt minus bonũ demptã prudentiã, quàm demptã nobilitate: prudentia est anteponẽda nobilitati.

κρίνως τὸ αἱρεῖσθαι. ὡσαύτως δὲ καὶ ὅτι τῷ ἄλλων. ¶ Ἔτι εἴ τινος ἓν αὐτὸ τὸ μᾶλλον, μεῖζον ἀγαθὸν ἔστι τὸ δὲ ἔλαττον· αἱρετώτερον τὸ μεῖζον[a]. ¶ Ἢ εἰ μείζονος, μεῖζον εἶη θάτερον[b]. ¶ Ἀλλὰ κὴ εἰ δύο πινά τινος εἴη αἱρετώτερα, τὸ μᾶλλον αἱρετώτερον, τῷ ἧττον αἱρετῷ αἱρετώτερον[c]. ¶ Ἔτι ἐὰν ἡ ὑπερβολὴ τῆς ὑπερβολῆς αἱρετώτερον· ᾗ φιλία χρημάτων. αἱρετώτερα δὲ ἡ τῆς φιλίας ὑπερβολή, τῆς τῶν χρημάτων. ¶ Καὶ ἃ μᾶλλον ἂν ἕλοιτο αὐτὸς ἑαυτῷ ἄπορος εἶναι, ἢ οὐ ἕτερος· οἷον τοὺς φίλους, τῶν χρημάτων. ¶ Ἔτι ὃν τῆς προσθήκης, εἰ τῷ αὐτῷ προσπεθεμένων τι, τὸ ἕτερον μᾶλλον αἱρετώτερον ποιεῖ[d]. δὲ λαβεῖν δεῖ προστίθεναι, ἐφ' ὧν τῷ μὲν ἑτέρῳ τῶν προστιθεμένων χρῆται τὸ κοινὸν, ἢ ἄλλως πως συμβαίνον ὄζει· περὶ δὲ λοιπῷ μὴ χρῆται, μηδὲ συμβαῖνον ὄζειν. οἷον φρόνησις καὶ δρέπανον μετὰ τεκτονικῆς, αἱρετώτερον ὁ φρόνιμον συνδυαζόμενος, ἁπλῶς[e] δὲ οὐχ αἱρετώτερον. ¶ Πάλιν εἰ ἐλάττονι προστιθὲν τι, τὸ ὅλον, μεῖζον ποιεῖ. ¶ Ὁμοίως δὲ καὶ ἐκ τῆς ἀναιρέσεως. ᾧ γὰρ ἀφῃρεθὲν τὸ κατὰ τῷ αὐτῷ, τὸ λειπόμενον ἔλαττον ἢ· ὑπῆρχε μεῖζον αὐτὸ ὁπότε ἀφῃρεθὲν, τὸ λειπόμενον ἔλαττον ποιεῖ[g]. ¶ Καὶ εἰ τὸ μὲν, δι' ἑαυτὸ· τὸ δὲ, οὐχ αὑτῷ δόξαι αἱρετὸν· οἷον ὑγιεία κάλλους. ὄρεξις δὲ τῷ πρὸς δόξαν, τὸ μηδενὸς συνιόντος, μὲν αὐ ἀπιδάσεως ὑπάρχειν. ¶ Καὶ εἰ τὸ μὲν, δι' ἑαυτὸ, καὶ οὐχ αὑτῷ δόξαν αἱρετὸν· τὸ δὲ, οὐχ θάτ-

por

ρον μόνον[a]. ¶ Καὶ ὁπότερον μᾶλλον δι' αὑτὸ τίμιον, τοῦτο καὶ βέλτιον καὶ αἱρετώτερον[b]. τιμιώτερον δ' ἀεὶ εἶη καθ' ἑαυτό, ὁ μηδενὸς ἄλλου μέλλοντος ὑπάρξειν[c], δι' ἃ καὶ τὸ αἱρεῖσθαι μᾶλλον. ¶ Ἔτι διελέσθαι ποσαχῶς τὸ αἱρετὸν λέγεται, καὶ τίνων χάριν· οἷον τῷ συμφέροντος, ἢ τῷ καλοῦ, ἢ τῷ ἡδέως. τὸ δὲ πρὸς ἅπαντα, ἢ πρὸς τὰ πλεῖστα χρήσιμον, αἱρετώτερον ἂν εἴη τοῦ μὴ ὁμοίως. ¶ Τῶν δ' αὐτῷ ἀμφοτέροις ὑπαρχόντων, ὁποτέρῳ μᾶλλον ὑπάρχει σκεπτέον, οἷον πότερον ἥδιον, ἢ καλλιον, ἢ συμφερώτερον.

¶ Πάλιν τὸ τοῦ βελτίονος ἕνεκεν, αἱρετώτερον· οἷον τὸ ἀρετῆς ἕνεκεν, ἢ ἡδονῆς. ὁμοίως δὲ καὶ δεῖ τῷ φευκτῷ. φευκτότερον δὲ τὸ μᾶλλον ἐμποδιστικὸν τῷ ἀρετῷ, οἷον νόσος αἰσχρος. καὶ δὲ ἡδονῆς καὶ τοῦ σπουδαίου ἕξει), κωλυτικώτερον ἢ νόσος. ¶ Ἔτι ἐκ τοῦ ὁμοίως δ' εἰκυῖα φευκτὸν καὶ αἱρετὸν τὸ περκείμενον. ἧττον δὲ τοιοῦτον, αἱρετὸν, ὃ καὶ ἕλοιτ' ἂν τις ὁμοίως καὶ φύγοι, τοῦ ἑτέρου ὄντος αἱρετοῦ μόνον[d]. ¶ Ταὐτὰ δὴ οὖν πρὸς ἄλληλα συγκείσεις, καθάπερ εἴρηται, ποιητέον.

dumtaxat[a]. ¶ Et quod *est* magis propter se honorabile, hoc & melius & optabilius *est*. [b]Honore autem dignius est per se, quod cùm futurum non sit vt vlla alia res insit[c], per se eligimus potiùs. ¶ Præterea distinguere *oportet*, quot modis eligendum dicatur, & quorum gratiâ: vt vtilitatis, vel honestatis, vel iucunditatis *causâ*. quod enim ad omnia vel ad plura vtile est, eo *est* optabilius quod non similiter *est vtile*. ¶ Cùm autem eadem ambobus insunt, vtri magis insint, videndum est, veluti vtrum sit iucundius, aut honestius, aut vtilius. ¶ Rursus quod *est* melioris causâ, *est* optabilius: veluti quod *est* virtutis causâ, *est optabilius* quàm *id* quod *est* voluptatis *causâ*. Similis est ratio fugiendorum. magis enim fugiendū *est*, quod magis impedit res eligēdas: vt morbus deformitate: quia magis & voluptati & probitati morbus obstat. ¶ Præterea *potest* ex eo *argui* quòd æquè probare *liceat* id quod est propositum, esse fugiendum & eligendum. quod enim est eiusmodi, vt æquè aliquis eligat ac fugiat, minus *est* eligendum quàm alterum quod est tantummodò eligendum[d]. ¶ *Rerum* igitur inter se comparationes, quēadmodum dictum dictum est, fieri debent.

a Vt patriæ defensio & propter se & gloriæ causâ, est expetenda: ergo est melior triumpho, qui gloriæ tantùm causa expetitur.

b Vt sanitas pulchritudine, & viribus corporis.

c Vt aliud ad eo peruenias.

d Hac ratione ostendi potest sanitatem esse optabiliorem pulchritudine, & diuitiis.

De absolutè eligendis, aut fugiendis, CAP. IV.

1 *De excellentia, qua alterum alteri præstat, detrahenda.* 2 *De iis ex quorum comparatione statim apparet etiam vtrumque vel alterum esse eligendum.*

1 Οἱ αὐτοὶ δὲ τόποι χρήσιμοι καὶ πρὸς τὸ δεικνύναι ὅτιοῦν αἱρετὸν ἢ φευκτόν. ἀφαιρεῖν δὲ μόνον δεῖ τῷ πρὸς ἕτερον ὑποκεῖσθαι. εἰ δὲ τὸ τιμιώτερον, αἱρετώτερον· καὶ

1 Idē loci vtiles *sunt* etiā ad probandū quāuis rē *esse* eligendā aut fugiendā. detrahere enim solùm oportet excellētiā qua alterū alteri præstat. nā si *id quod est* honore dignius, *est* optabilius: e-

tiam *quod* honore *est* dignum, *est* optabile. & si *id quod est* vtilius, *est* optabilius: etiam *id quod est* vtile, est optabile. Similis est ratio aliorum, quæ ita comparantur. In quorundam autem inter se comparatione statim vtrumque aut alterum dicimus esse eligendum: veluti cùm dicimus alterum naturâ bonum esse, alterum non naturâ. quod enim est naturâ bonum, procul dubio est bonum.

τὸ τίμιον, αἱρετόν. καὶ εἰ τὸ χρησιμώτερον αἱρετώτερον· καὶ τὸ χρήσιμον, αἱρετόν. ὁμοίως δὲ καὶ τἆλλα, ὅσα τοιαύτ' ἐστὶν ἔχει τὴν σύγκρισιν. ¶ Ἐπ' ἐνίων δὲ οὐδὲν κωλύει τὸ μᾶλλον ἕτερον σύγκεισιν, καὶ ὅτι αἱρετὸν ἑκάτερον, ἢ τὸ ἕτερον, λέγομεν. οἷον ὅταν τὸ μὲν, φύσει ἀγαθόν· τὸ δὲ, μὴ φύσει, λέγωμεν. τὸ γὰρ φύσει ἀγαθὸν, δῆλον ὅτι αἱρετόν ἐστι.

De quorumuis accidentium comparatione, loci generales, CAP. V.

1 ¶ *De locis maximè vniuersaliter sumendis.* 2 ¶ *Quomodo loci expositi fiant magis vniuersales.* 3 *A natura.* 4 *Ab effectione: si alterum tantummodò efficiat,* 5 *vel magis efficiat.* 6 *Si eadem re alterum sit magis, alterum minùs tale. Si alterum re tali, alterum non tali sit magis tale.* 7 *Ab adiunctione: si eidem rei,* 8 *aut minùs tali adiectum efficiat vt totum sit magis tale.* 9 *A detractione.* 10 *Ab immutatione contrary.* 11 ¶ *A definitione.*

SVmendi autem sunt loci eius quod magis vel maius, *est*, quàm maximè vniuersales. sic enim sumpti, ad plura *problemata* vtiles erunt. ¶ Licet etiam nonnullos eorum quos diximus, efficere magis vniuersales, paulùm immutata appellatione. ¶ Veluti quod est naturâ tale, eo quod non naturâ est tale, *est* magis tale. ¶ Et si alterum efficit, alterum non efficit rem quæ *illud* habet, talem, seu cui *illud* in est: magis tale *est* id quod interdũ efficit, quàm quod nõ efficit. ¶ Si verò ambo efficiũt: *id* quod magis efficit talem. ¶ Præterea si eadem re alterum *sit* magis, alterum minùs tale: & si alterum tali *re sit* magis tale, alterũ non tali *re sit magis* tale: perspicuum *est*, primum esse magis tale.

ΛΗπέον δ' ὅπα μάλιστα καθόλου τοὺς τόπους ᾗ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ μείζονος. ληφθέντες γὰρ οὕτως, πρὸς πλείω χρήσιμοι ἂν εἴησαν. ¶ Ἔστι δὲ αὐτῶν τῶν εἰρημένων οἷοις καθόλου μᾶλλον ποιεῖν, μικρὸν παλλάσσοντα τὴν προσηγορίαν. ¶ Οἷον τὸ φύσει τοιοῦτον, τὸ μὴ φύσει τοιοῦτου, μᾶλλον τοιοῦτον. ¶ Καὶ εἰ τὸ μὲν, ποιεῖ τὸ δὲ μὴ ποιεῖ τὸ ἔχον, τοιόνδε, [ἢ] ὧ ἂν ὑπάρχοι· μᾶλλον τοιοῦτον ὅπερ ποιεῖ, ἢ ὃ μὴ ποιεῖ. ¶ Εἰ δ' ἄμφω ποιεῖ· τὸ μᾶλλον ποιοῦν τοιοῦτον. ¶ Ἔτι εἰ τῷ αὐτῷ τινος τὸ μὲν, μᾶλλον· τὸ δὲ ἧττον τοιοῦτον· καὶ εἰ τὸ μὲν, τοιούτου μᾶλλον τοιοῦτον· τὸ δὲ, μὴ τοιούτου τιθέτον· δῆλον, ἅπ. τὸ πρῶτον, μᾶλλον τοιοῦτον.

¶ Ἔτι

7 ¶Ἐπὶ δὲ τῆς προσθέσεως, εἰ τῷ αὐτῷ προσπεθέμενόν τι, τὸ ὅλον μᾶλλον ποιεῖ τοιοῦτον. ¶Ἢ εἰ τῷ ἧττον τοιούτῳ προσπεθέμενον, τὸ ὅλον μᾶλλον ποιεῖ τοιοῦτον.

9 ¶Ὁμοίως καὶ ἐκ τῆς ἀφαιρέσεως· οὗ γὰρ ἀφαιρεθέντος, τὸ λειπόμενον ἧττον τοιοῦτον, αὐτὸ μᾶλλον τοιοῦτον. ¶Καὶ τὰ τοῖς ἐναντίοις ἀμιγέστερα, μᾶλλον τοιαῦτα. οἷον λύπης τὸ πολὺ μέλανι ἀμιγέστερον.

11 ¶Ἔτι παρὰ εἰρημένα πρότερον, τὸ μᾶλλον ὅπη δι᾽ὁμοίων τὸ οἰκεῖον ἢ προειρημένῳ λόγον. οἷ᾽ εἰ τὸ λυπεῖν ὅτι λόγος, χρῶμα δηκτικόν· λυπεῖν ὅτι μᾶλλον χρῶμα δηκτικὸν ὄψεως.

7 ¶Præterea *ducendum est argumentum* ab adiunctione, si quid eidem rei adiunctum, efficiat totum magis tale. ¶Aut si minùs tali adiunctum, efficiat totum magis tale. ¶Similiter ex detractione. quo enim ablato reliquum *est* minus tale, id *est* magis tale. ¶Et quæ sunt contrariis magis immixta, sunt magis talia: *ut* albius est, quod nigro est magis immixtum. ¶Insuper præter suprà dicta, quod magis suscipit propriam rei propositæ definitionem. veluti si albi definitio est, color habens vim dispertiendi visum: *id est* albius, quod magis est color habens vim dispertiendi visum.

De problemate particulari, CAP. VI.

1 *De locis suprà expositis.* 2 *Ab oppositis.* *A coniugatis, & casibus.* 3 *A generatione, vel corruptione: & ijs quæ generandi vel corrumpendi vim habent.* 4 *Ab eo quod magis, vel minùs, vel similiter est: siue sit ex alio genere,* 5 *siue ex eodem genere,* 6 *siue sumatur exhypothesi.* 7 *Quot modis confirmetur vel infirmetur problema indefinitum,* 8 *vel definitum,* 9 *vel magis definitum,* 10 *vel maximè definitum.* 11 *A particularibus sub subiecto contentis.* 12 *A diuisione subiecti.* 13 *A diuisione attributi.* 14 *Epilogus.*

1 Ἐὰν δ᾽ ὅτι μέρεσι καὶ μὴ καθόλου τὸ προβλημα τιθῇ· πρῶτον μὲν οἱ εἰρημένοι καθόλου κατασκευαστικοὶ ἢ ἀνασκευαστικοὶ τόποι πάντες χρήσιμοι. καθόλου γὰρ ἀναιρεῖντες ἢ κατασκευάζοντες, καὶ ὅτι μέρεσι δείκνυμεν. εἰ δὲ παντὶ ὑπάρχει, καὶ τινι. καὶ εἰ μηδενί, οὐδὲ τινί. ¶Μάλιστα δ᾽ ὅτι καιροί, καὶ κοινοὶ τῷ τόπων, οἱ τε ἐκ τῶν ἀντικειμένων, καὶ τῶν συζύγων, καὶ τῶν πτώσεων· ὁμοίως γὰρ ἐνδοξον τὸ ἀξιῶσαι, εἰ πᾶσα ἡδονὴ ἀγαθόν, καὶ λύπη πᾶσαν ἐστὶ κακόν, τοῦ εἰ τις ἡδονὴ ἀγαθόν, τὴν λύπην εἶναί τινα, κακόν. Ἔτι εἰ τις ἀδύνατος μὴ ὅτι δυνάμις, καὶ ἀναισθησία τις οὐκ ἔστιν ἀδυναμία.

1 SI verò problema nõ vniuersale sed in parte positũ fuerit: primùm loci omnes vniuersales, quos diximus valere ad cõfirmandũ vel refellendũ, vtiles *sunt*. cùm enim vniuersaliter euertimus aut cõfirmamus, etiam in parte oſtẽdimus. nam si omni insit, etiam alicui *inest*: & si nulli *insit*, ne alicui quidẽ *inest*. ¶Maximè autem apti & communes *sunt* loci, qui *sumuntur* ab oppositis, & coniugatis, & casibus. æquè enim probabile *est* effari, si omnis voluptas *est* in bonis, etiã omnem dolorem esse in malis: & si qua voluptas *est* in bonis, etiam dolorem quendam esse in malis. Præterea si quis sensus nõ est vis & *facultas*, etiã sensus priuatio quędã nõ est imbecillitas.

& si quid existimabile *est* scibile, etiam existimatio quędam *est* scientia. Rursum si quid iniustum *est* bonum, etiam iustum quidpiam *est* malum. & si quid iniustè *factum*, *est* malum: etiam aliquid iustè *factum*, *est* bonum.

a Iucundum.

& si quid voluptuosum[a] *est* fugiendum, etiam voluptas quædam *est* fugienda. Secundum hęc & si quid voluptuosum *sit* vtile, etiam voluptas quædam *est* in bonis. ¶Et in iis quæ corrumpendi vim habent, necnon in generationibus & corruptionibus itidem *se res habet*. nam si quid cùm vim habeat corrumpendi voluptatem vel scientiam, est in bonis: certè quædam voluptas vel scientia erit in malis. Similitérque si corruptio quædam scientiæ est in bonis, aut generatio *quædam est* in malis: erit scientia quædã in malis. veluti si obliuio *eorum* quæ turpiter egit[b], *est* in bonis, aut reminiscētia est in malis: certè sciētia eorum quæ turpiter egit, erit in malis. Eadem est ratio aliorum. in omnibus enim similiter *est* probabilitas. ¶Præterea ex eo quod magis, & minùs, & similiter *inest*. nam si quid eorum quæ *sunt* ex alio genere, *sit* magis tale, nullum tamen eorum *sit* tale: ne id quidē quod dictū est[c], erit tale. veluti si magis sciētia quædam est in bonis quàm voluptas, nulla autem scientia *est* in bonis: ne voluptas quidem *in bonis* erit. Atque ex eo quod est *similiter*, & *ex eo quod* minùs, itidē *arguitur*. licebit enim & infirmare & confirmare. Verùm ex eo quod *est* similiter, ambo[d] *facere licet*: ex eò autē quod minùs est, cōfirmare tantùm *licet*, nō infirmare. Nam si similiter vis quædam *est* in bonis & sciētia, est autē vis quædā in bonis, etiam scientia est *in bonis*. at si nulla vis, ne scientia quidem.

b Flagitiorum admissorum.

c In problemate.

d Confirmare, & infirmare.

καὶ εἴ τι ὑπολητὸν ὑπιστητόν, ὑπόληψις τις ὑπιστήμη. Πάλιν εἴ τι τῷ ἀδίκων ἀγαθόν, ἢ τῷ δικαίων τι κακόν. καὶ εἰ τι τῷ ἀδίκως, κακόν, καὶ τῷ δικαίως τι ἀγαθόν. ἢ εἴ τι τῷ ἡδέως[a] φθυκτόν, καὶ ἡδονή τις φθυκτόν. καὶ ταυτὰ δὲ καὶ ἔστι τῷ ἡδέων ὠφέλιμον, καὶ ἡδονή τις ἀγαθόν. ¶Καὶ ὅλῃ τῷ φθαρτικῶν δὲ, καὶ τῷ γενέσεων, καὶ φθορῶν, ὡσαύτως. εἰ γάρ τι φθαρτικὸν ἡδονῆς ἢ ὑπιστήμης ὄν, ἀγαθόν ἔζιν εἴη ἂν τις ἡδονή, ἢ ὑπιστήμη, τῷ κακῶν. ὁμοίως δὲ καὶ εἰ φθορά τις ὑπιστήμης, τῷ ἀγαθῶν· ἢ ἡ γένεσις, τῷ κακῶν· ἔζαι τις ὑπιστήμη, τῷ κακῶν. οἷον εἰ τὸ ὑπιλανθάνεζθαι ἅ τις αἰσχρὰ ἔπραξε[b] τῷ ἀγαθόν· ἢ τὸ ἀναμιμνήσκεζθαι, τῷ κακῶν: εἴη ἂν τὸ ὑπιζαθαι ἅ τις αἰσχρὰ ἔπραξε, τῷ κακῶν. ὡσαύτως δ' καὶ ὑπὶ τῷ ἄλλων. ἐν ἅπαζι γὰρ ὁμοίως τὸ ἔνδοξον. ¶Ἔτι ἐν τῷ μᾶλλον, καὶ ἧττον, καὶ ὁμοίως. εἰ γὰρ μᾶλλον μὴ τῷ ὄζι ἄλλως γένους τι τοιῦτον, ἐκείνων δὲ μηδὲν ὄζιν, ἀλλ' αὖ τὸ εἰρημένον εἴη τοιῦτον. ἔτι εἰ μᾶλλον μὴ ὑπιστήμης ἀγαθὸν ἡ ἡδονὴ, μηδεμία δὲ ὑπιστήμη ἀγαθὸν, οὐδ' αὖ ἡδονὴ εἴη. Καὶ ἐν τῷ ὁμοίως δὲ, ἔνιον, ὡσαύτως. ἔζαι γὰρ καὶ ἀναιρεῖν, καὶ κατασκευάζειν. πλὴν ἐκ μὲν τῷ ὁμοίως ἀμφοτέρα[d]. ἐκ δὲ τῷ ἧττον, κατασκευάζειν μόνον, ἀνασκευάζειν δὲ οὔ. εἰ γὰρ ὁμοίως δύναμίς τις ἀγαθόν, καὶ ὑπιστήμη, ἔζι δὲ τις δύναμις ἀγαθόν· καὶ ὑπιστήμη ἔζιν. εἰ δὲ

a Iucundum.

b Flagitiorum admissorum.

c In problemate.

d Confirmare, & infirmare.

εἰ δὲ ἧττον δυώμις τις ἀγαθὸν ἡ ἐπιστήμη, ἔστι δέ τις δυώμις ἀγαθόν· καὶ ἐπιστήμη. εἰ δὲ μηδεμία δυώμις ἀγαθόν, οὐκ ἂν εἴη καὶ ἐπιστήμη μηδεμίαν ἕξει) ἀγαθόν. δῆλον οὖν ὅτι κατασκευάζειν μόνον ἔξεστιν οὐκ ἧττον. ¶ Οὐ μόνον δὲ ἐξ ἄλλου γένους ἔστιν ἀνασκευάζειν, ἀλλὰ κἂν ἐκ τοῦ αὐτοῦ, λαμβάνοντα τὸ μάλιστα τοιοῦτον. οἷον εἰ ἔστιν[a] ἐπιστήμη τις ἀγαθόν, δείξαιμι σὺν ὅτι φρόνησις οὐκ ἀγαθόν, οὐδὲ ἄλλη οὐδεμία ἕξις, ἐπεὶ οὐδὲ ἡ μάλιστα δοκοῦσα. ¶ Ἔτι ἐξ ὑποθέσεως, ὁμοίως ἀξιώσαντά εἰ ἐνὶ, καὶ πᾶσιν ὑπάρχειν, ἢ μὴ ὑπάρχειν. οἷον εἰ τῷ ἀνθρώπου ἡ ψυχὴ ἀθάνατος, καὶ τὰς ἄλλας. εἰ δὲ αὕτη μή, μηδὲ τὰς ἄλλας. εἰ μὲν οὖν ὑπάρχειν τινὶ κεῖται[b], δεικτέον ὅτι οὐχ ὑπάρχει τινί. καὶ ἐξ ὑποθέσεως ἀκολουθήσει τὸ δεῖξαι τὸ μηδενὶ ὑπάρχειν. εἰ δέ τινι μὴ ὑπάρχον κεῖται[c], δεικτέον ὅτι ὑπάρχει τινί. καὶ ἐξ οὗτος ἀκολουθήσει τὸ πᾶσιν ὑπάρχειν. δῆλον δὲ ἔσται, ὅτι ὁ ὑποθέμενος ποιεῖ τὸ προβλημα καθόλου, δεῖ μέσεις τοῦτ' εἶναι τὸν ἐξ ὑποθέσεως ὁμολογούμενα, καθόλου ἀξιοῦ ὁμολογεῖν· ἐπειδὴ εἰ ἑνὶ, καὶ πᾶσιν ὁμοίως ἀξιοῖ ὑπάρχειν. ¶ Ἀδιορίστου[d] μὲν οὖν ὄντος τοῦ προβλήματος, μοναχῶς ἀνασκευάζειν ἐνδέχεται. οἷον εἰ ἔφησεν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι, ἢ μὴ ἀγαθὸν, ὃ μηδὲν ἄλλο προσδιώρισεν. εἰ μὲν γὰρ πᾶσαν ἔφησεν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι, δεικτέον καθόλου ὅτι οὐδεμία. εἰ μέλλει ἀναιρεῖσθαι τὸ προκείμενον, ὁμοίως δὲ κἂν εἴτινα ἡδονὴν ἔφησε μὴ εἶναι ἀγαθὸν, δεικτέον καθόλου ὅτι πᾶσα.

Si verò minùs vis quædam *est* in bonis quàm sciẽtia, est autẽ quẽdã vis in bonis, *est* etiã sciẽtia. at si nulla vis *est* in bonis, nõ necesse *est* etiã sciẽtiã nullã esse in bonis. perspicuum igitur *est*, cõfirmari tãtùm posse ex eo quod minùs *est*. ¶ Non solùm autẽ ex alio genere licet infirmare, sed etiã ex eodẽ, si sumatur quod est maximè tale. veluti si positũ sit[a] scientiã quandã esse in bonis, ostendatur autẽ prudẽtiã nõ esse in bonis: ne alia quidẽ sciẽtia erit *in bonis*, cùm ea nõ *sit*, quæ maximè videtur *esse*. ¶ Præterea ex hypothesi *idẽ efficitur*, cùm sit cõcessum, si vni *insit vel non insit*, etiã omnibus similiter inesse vel non inesse. veluti si hominis anima *sit* immortalis, etiã alias *esse immortales*. at si hæc nõ *sit*, ne alias quidẽ *esse*. Si igitur cuidã inesse positũ sit[b]: probandũ *est* cuidã inesse: cõsequetur enim propter hypothesim, vt nulli insit. At si cuidã nõ inesse positũ sit[c]: probandũ *est*, cuidã inesse: sic enim cõsequens erit, vt omnibus insit. Perspicuũ autẽ *est*, eum qui *una* supponit, efficere problema vniuersale, quod positum fuerat in parte. nam æquum censet, & postulat, vt qui in parte concedit, vniuersaliter cõcedat: quia si vni *insit*, etiam omnibus similiter inesse censet. ¶ Cùm igitur problema est indefinitum[d], vno modo infirmari potest. veluti si dixit voluptatem esse in bonis, aut nõ *esse* in bonis: probandum *est* vniuersaliter nullam *esse in bonis*, si futurum est vt ceartatur quod propositum fuit. Similiter autem, & si quandam voluptatem dixerit non esse in bonis: *probandum est* vniuersaliter omnem esse in bonis.

a In problemate.

b Si problema sit, quandam animam esse immortalem.

c Si problema sit, quandam animam nõ esse immortalem.

d Indefinitum problema appellat tã quod habet notã particularem, vt aliqua voluptas est bona, quãm quod non. Et caret, vt voluptas est bona. Eodẽ modo accepit propositiones indefinitã, lib. 1. Prior. Analyt. in tractatu de tribus figuris.

aliter autem euerti non potest. nam si probauerimus esse quandam voluptatem non in bonis, aut *esse* in bonis: nondum euertitur, quod propositū fuit. Perspicuum *est* igitur, vno quidem modo refelli posse, confirmari autem bifariam. siue enim vniuersaliter probauerimus omnē voluptatem *esse* in bonis, siue esse quandam voluptatem in bonis: probatum erit, quod fuit propositum. Similitérque si differendo probare oporteat esse quandam voluptatem non in bonis, si probauerimus nullam *esse* in bonis, vel quandam non *esse* in bonis: probatum erit vtroque modo tam vniuersaliter, quàm in parte esse quandam voluptatem non in bonis. ¶ Cùm autem thesis est definita, bifariā euertere licebit. veluti si positū fuerit cuidam voluptati bonum inesse, cuidam non inesse. siue enim probatum fuerit omnem voluptatem esse in bonis, siue nullam: infirmatum erit, quod fuit propositum. ¶ At si vnam tantùm voluptatem posuit esse in bonis, tribus modis infirmari potest. nam si ostenderimus omnem, vel nullam, vel plures vnā *esse* in bonis: infirmatum erit, quod fuit propositum. ¶ Cùm autem thesis *adhuc* magis definita est, veluti prudentiā solam ex virtutibus *esse* scientiam: quatuor modis licet infirmare. nam si ostenderimus omnem virtutem, aut nullam, aut etiam aliam quandam, veluti iustitiam *esse* scientiam: aut hanc, *ed est* prudentiam, non *esse* scientiam: infirmatū erit, quod propositum fuit. ¶ Prodest etiā respicere ad singularia, quibus inesse quidpiam, vel non inesse dictum fuit[a], quemadmodum in vniuersalibus problematis. ¶ Præterea genera sunt inspicienda,

[a] In problemate.

ἀλλως δ' οὐκ ἐνδέχεται ἀναιρεῖν. ἐαν γὰρ δείξωμεν, ὅτι ἔστι τις ἡδονὴ οὐκ ἀγαθὸν, ἢ ἀγαθὸν ἀπλῶς ἀναιρεῖται τὸ προκείμενον. δῆλον δ', ὅτι ἀναιρεῖν μὲν μοναχῶς ἐνδέχεται, κατασκευάζειν δὲ διχῶς. αὐτὸ γὰρ καθόλου δείξωμεν ὅτι πᾶσα ἡδονὴ ἀγαθὸν, ἢ ὅτι ἔστι τις ἡδονὴ ἀγαθὸν· διαψευσθέντες ἔσται τὸ προκείμενον. ὁμοίως δὲ καὶ διὰ ἐλαττόνων ἐὰν δείξωμεν ὅτι ἔστι τις ἡδονὴ οὐκ ἀγαθὸν, ἐὰν δείξωμεν ὅτι ἡδεμία ἀγαθὸν, ἢ ὅτι τὶς οὐκ ἀγαθὸν, διαψευσθέντες ἐσόμεθα ἀμφοτέρως, καὶ καθόλου, καὶ ὅτι μέρος, ὅτι ἔστι τις ἡδονὴ οὐκ ἀγαθὸν. ¶ Διαιρεσμένης δὲ τῆς θέσεως οὔσης, διχῶς ἀναιρεῖν ἔσται. οἷον εἰ πᾶσάν τινι μὲν ὑπάρχειν ἡδονὴ ἀγαθὸν, τινὶ δὲ οὐχ ὑπάρχειν. εἶτα γὰρ πᾶσα διαψεύσει ἡδονὴ ἀγαθὸν, εἶτα μηδεμία· ἀνῃρημένον ἔσται τὸ προκείμενον. ¶ Εἰ δ' μίαν μόνλν ὑπάρχειν ἡδονλν ἀγαθὸν ἔφη, ἔστιν ἐνδέχεται ἀναιρεῖν. δείξαντες γὰρ ὅτι πᾶσα, ἢ ὅτι μηδεμία, ἢ ὅτι πλείους μιᾶς ἀγαθὸν, ἀνῃρημένος ἐσόμεθα τὸ προκείμενον. ¶ Ἔτι πλείων δ' ἡ θέσεως διορισθείσης, ἢ ὅτι ἡ φρόνησις μόνη τῶν ἀρετῶν ἐπιστήμη, πολλαχῶς ἔστιν ἀναιρεῖν. δειχθέντος γὰρ ὅτι πᾶσα ἀρετὴ ἐπιστήμη, ἢ ὅτι ἡδεμία, ἢ ὅτι καὶ ἄλλη τις, ἢ ἡ δικαιοσύνη, ἢ ὅτι αὐτὴ ἡ φρόνησις οὐκ ἐπιστήμη, ἀνῃρημένον ἔσται τὸ προκείμενον. ¶ Χρήσιμον δ' ἐστὶ τὸ ἐπιβλέπειν ὅλῃ τὰ καθ' ἕκαστα, ἐν οἷς ὑπάρχειν τι, ἢ μὴ, εἴρηται[a], καθάπερ ἐν τοῖς καθόλου προβλήμασιν.

¶ Ἔτι δ' ἐν τοῖς γένεσιν ἐπιβλεπτέον, διαιρεσιμο-

[a] Dictum fuit.

1 ἐὰν δείξωμεν ἡδονὴν οὐκ ἀγαθὸν, ἢ ὅτι τὴν ἡδονὴν οὐκ ἀγαθὸν, ἐὰν δείξωμεν ὅτι ἡδεμία ἀγαθὸν, ἢ ὅτι τὴν οὐκ ἀγαθὸν, διαψευσθέντες ἐσόμεθα ἀμφοτέρως, καὶ καθόλου, καὶ ὅτι μέρος, ὅτι ἔστι τὴν ἡδονὴν οὐκ ἀγαθὸν. Ald. Ald. 2 ἐὰν δείξωμεν ὅτι ἡδεμία ἀγαθὸν, ἢ ὅτι τὴν οὐκ ἀγαθὸν, διαψευσθέντες ἐσόμεθα ἀμφοτέρως, καὶ καθόλου, καὶ ὅτι μέρος, ὅτι ἔστι τὴν ἡδονὴν οὐκ ἀγαθὸν. Ald. 3 ἐὰν δείξωμεν ὅτι ἡδεμία ἀγαθὸν, ἢ ὅτι τὴν οὐκ ἀγαθὸν, διαψευσθέντες ἐσόμεθα ἀμφοτέρως, καὶ καθόλου, καὶ ὅτι μέρος, ὅτι ἔστι τὴν ἡδονὴν οὐκ ἀγαθὸν. Ald. 4 ἐὰν δείξωμεν ὅτι ἡδεμία ἀγαθὸν, ἢ ὅτι τὴν οὐκ ἀγαθὸν, διαψευσθέντες ἐσόμεθα ἀμφοτέρως, καὶ καθόλου, καὶ ὅτι μέρος, ὅτι ἔστι τὴν ἡδονὴν οὐκ ἀγαθὸν. Ald. 5 ἐὰν δείξωμεν ὅτι ἡδεμία ἀγαθὸν, ἢ ὅτι τὴν οὐκ ἀγαθὸν, διαψευσθέντες ἐσόμεθα ἀμφοτέρως, καὶ καθόλου, καὶ ὅτι μέρος, ὅτι ἔστι τὴν ἡδονὴν οὐκ ἀγαθὸν. Ald. 6 ἐὰν δείξωμεν ὅτι ἡδεμία ἀγαθὸν, ἢ ὅτι τὴν οὐκ ἀγαθὸν, διαψευσθέντες ἐσόμεθα ἀμφοτέρως, καὶ καθόλου, καὶ ὅτι μέρος, ὅτι ἔστι τὴν ἡδονὴν οὐκ ἀγαθὸν. Ald. 7 ἐὰν δείξωμεν ὅτι ἡδεμία ἀγαθὸν, ἢ ὅτι τὴν οὐκ ἀγαθὸν, διαψευσθέντες ἐσόμεθα ἀμφοτέρως, καὶ καθόλου, καὶ ὅτι μέρος, ὅτι ἔστι τὴν ἡδονὴν οὐκ ἀγαθὸν. Ald. 8 ἐὰν δείξωμεν ὅτι ἡδεμία ἀγαθὸν, ἢ ὅτι τὴν οὐκ ἀγαθὸν, διαψευσθέντες ἐσόμεθα ἀμφοτέρως, καὶ καθόλου, καὶ ὅτι μέρος, ὅτι ἔστι τὴν ἡδονὴν οὐκ ἀγαθὸν. Ald. 9 ἐὰν δείξωμεν ὅτι ἡδεμία ἀγαθὸν, ἢ ὅτι τὴν οὐκ ἀγαθὸν, διαψευσθέντες ἐσόμεθα ἀμφοτέρως, καὶ καθόλου, καὶ ὅτι μέρος, ὅτι ἔστι τὴν ἡδονὴν οὐκ ἀγαθὸν. Ald. 10 ἐὰν δείξωμεν ὅτι ἡδεμία ἀγαθὸν, ἢ ὅτι τὴν οὐκ ἀγαθὸν, διαψευσθέντες ἐσόμεθα ἀμφοτέρως, καὶ καθόλου, καὶ ὅτι μέρος, ὅτι ἔστι τὴν ἡδονὴν οὐκ ἀγαθὸν. Ald. 11 ἐὰν δείξωμεν ὅτι ἡδεμία ἀγαθὸν, ἢ ὅτι τὴν οὐκ ἀγαθὸν, διαψευσθέντες ἐσόμεθα ἀμφοτέρως, καὶ καθόλου, καὶ ὅτι μέρος, ὅτι ἔστι τὴν ἡδονὴν οὐκ ἀγαθὸν. Ald.

διαιρεῖται κατ' εἴδη μέχρι τῶν ἀτόμων, καθάπερ προτερον [a] εἴρηται. αὔτε γὰρ παντὶ φαίνεται ὑπάρχον, αὔτε μηδενὶ, πολλὰ προσενέγκαντι· ἀξιωτέον καθόλου ὁμολογεῖν, ἢ φέρειν ἔνστασιν ὑπό τινος οὐχ οὕτως. ¶ Ἔτι ἐφ' ὧν ἔστιν ἢ εἶδει, ἢ ἀριθμῷ διορίσαι τὸ συμβεβηκὸς, σκεπτέον εἰ μηδὲν τούτων ὑπάρχει. οἷον ὅτι ὁ χρόνος οὐ κινεῖται, οὐδὲ ἔστι κίνησις, καταριθμησάμενον πόσα εἴδη κινήσεώς ἐστιν. εἰ γὰρ μηδὲν τούτων ὑπάρχει τῷ χρόνῳ, δῆλον ὅτι οὐ κινεῖται, οὐδὲ ἔστι κίνησις. ὁμοίως δὲ καὶ ὅτι ἡ ψυχὴ οὐκ ἀριθμὸς, διελόμενον ὅτι πᾶς ἀριθμὸς, ἢ περιττὸς, ἢ ἄρτιος. εἰ γὰρ ἡ ψυχὴ μήτε περιττὸν, μήτε ἄρτιον, δῆλον ὅτι οὐκ ἀριθμός.

14 ¶ Πρὸς μὲν οὖν τὸ συμβεβηκὸς, ἐξ ὧν τοιοῦτον καὶ οὕτως ὀπτέον.

ac diuidenda secundum species vsque ad indiuidua, quemadmodum antea[a] dictū fuit. siue enim omni visum fuerit inesse, siue nulli, cùm multa prolata fuerint, dicendum *est* æquum esse vt vniuersaliter concedatur, aut obiiciatur qua in re non ita *sit*.

[a] Lib. præced. cap. 2. part. 2.

13 ¶ Præterea in quibus licet vel specie vel numero distribuere accidens, considerandum *est* an nullum horum insit. veluti *si probare velimus* tempus non moueri, nec esse motum: enumeratione *decendum est*, quot sint species motionis. nam si nulla earū insit tempori: perspicuum *est*, *tempus* nec moueri, nec esse motum. Similiter etiam *probabimus* animam non *esse* numerum, facta diuisione, omnem numerum *esse* aut imparem aut parem. si enim anima nec sit impar, neque par: perspicuum *est ea* nō *esse* numerum.

14 ¶ Ad *confirmandum* igitur vel *refellendum* accidens, ex huiusmodi *locis*, & ita arguendum *est*.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΤΟΠΙΚΩΝ
ΤΟ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

ARISTOTELIS
TOPICORVM
LIBER IV.

IVLIO PACIO
interprete.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΤΟΠΙΚΩΝ [ΤΟ] ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

ARISTOTELIS
TOPICORVM
LIBER IV.

Loci pertinentes ad problema generis,
CAP. I.

1 *Prothesis.* 2 *Si non dicatur de omnibus.* 3 *Si non attribuatur in quæstione quid est.* 4 *A definitione accidentis.* 5 *Si in altera categoria sit genus, in altera species.* 6 *Si genus sit species participi.* 7 *Si de aliquo dicatur species, de quo non dicatur genus.* 8 *Si nullius speciei participis sit, id quod ponitur esse in genere.* 9 *Si latius pateat species quàm genus.* 10 *Si de totidem rebus genus & species dicantur.* 11 *Ab individuis specie non differentibus.*

1 ΜΕΤΑ δὲ ταῦτα, περὶ τῆς πρὸς τὸ γένος καὶ τὸ ἴδιον, ὅπως ἐκτέον. ἔστι δὲ ταῦτα στοιχεῖα τῆς πρὸς τοὺς ὅρους. πρὸς δὲ τοῦτον[a] ὀλιγάκις[b] αἱ σκέψεις γίνονται τοῖς διαλεγομένοις. 2 Ἂν δὴ τεθῇ γένος τινὸς τῶν ὄντων, σκοπεῖν μὲν ὅπως βλέπειν ὅπου πάντα τὰ συγχωρῆ τῷ λέγοντι, εἴ τινος μὴ κατηγορεῖται, καθάπερ ὅπου τὸ συμβεβηκότος[c]. οἷον, εἰ τῆς ἡδονῆς τὸ ἀγαθὸν γένος κεῖται, εἰ τις ἡδονὴ μὴ ἀγαθόν. εἰ γὰρ τοῦτο, δῆλον ὅτι οὐ γένος τὸ ἀγαθὸν τῆς ἡδονῆς. τὸ δὲ γένος κατὰ πάντων τῶν ὑπὸ τὸ αὐτὸ εἰδῶν 3 κατηγορεῖται. Εἶτα εἰ μὴ ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορεῖ, ἀλλ' ὡς συμβεβηκὸς, καθάπερ τὸ λευκὸν τῷ χιόνι, ἢ ψυχῇ τὸ κινούμενον ὑφ' ἑαυτό. οὕτω γὰρ ἡ χιὼν ὅπερ λευκὸν, διότι οὐ γένος τὸ λευκὸν τῆς χιόνος: nim nix *est* id quod album, proinde album non est genus niuis:

1 POST hæc de his quæ ad genus & proprium *pertinent*, videndum *est*. Hæc autē sunt elementa eorum quæ *pertinent* ad definitiones. de his autē ipsis[a] rarò[b] quærunt, qui disputant. ¶ Si igitur positum fuerit *esse* alicuius rei genus, primùm respicere *oportet* ad *ea* omnia quæ sunt eiusdem generis, cuius ea res est: vt *videamus*, an alicui non attribuatur: quēadmodum in accidente *sit* velu- Vide lib. 2. c. 2. 2. part. 2.
ti si bonum ponatur esse genus voluptatis, *videndum est* an aliqua voluptas non sit in bonis. nam si hoc *duci possit*: perspicuum *est*, bonum non esse genus voluptatis: quia genus omnibus speciebus sub se *contentis* attribuitur. ¶ Deinde *videndū est*, an nō attribuatur in *quæstione* quid est, sed vt accidens: quemadmodū *attribuitur* niui album, & animæ id quod à se mouetur. neque e-

a Id est, de generibus, vel propriis, vel definitionibus.
b Plerumque enim differitur de accidentibus.

nec anima *est* id quod mouetur: sed ei accidit vt moueatur, quēadmodum & animali sæpe *accidit* vt ambulet & ambulans sit. Præterea *genus illud*, Quod mouetur, non quid est, sed aliquid faciens vèl patiens significare videtur. similis est ratio albi: nō enim quid sit nix, sed qualis sit, declarat. quare neutrum eorum attribuitur in *quæstione* quid est.

¶ Maximè autem oportet ad accidentis definitionem respicere, *ac videre* an aptetur ad id quod dictum est *esse* genus: vt *aptatur* ad ea quæ nunc dixi. accidit enim vt aliquid seipsum moueat, & non *moueat*: similitérque vt album sit, & non *sit*. quare neutrum eorum *est* genus, sed accidens: quoniam accidens vocabamus [a] quod potest inesse alicui, & non *inesse*.

a Lib. 1. cap. 5.

¶ Præterea *videndum est*, an non in eadem diuisione [b] *sint* genus & species: sed alterum sit substantia· alterum, quale: vel alterum *sit* ad aliquid· alterum, quale. Veluti nix, & cygnus, *est* substantia: album verò non *est* substantia, sed quale. quapropter album nō est genus niuis nec cygni. Rursus scientia *est in* eorum *numero* quæ ad aliquid *referuntur*: bonum autem & honestum *est* quale. quare honestum vel bonum non *est* genus scientiæ: quandoquidem relatorum genera, ipsa quoque relata esse oportet: quemadmodum in duplo *perspicere licet*. etenim multiplum, cùm sit genus dupli, ipsum quoque *in* relatorū *numero* est. Et vt vniuersaliter dicam, sub eandem diuisionem oportet & genus & speciem cadere. siue enim species *sit* substantia, etiam genus *est substantia*: siue species *sit* quale quidpiam, etiam genus *est* quale quidpiam.

b Non in eadem classe, non in eadem categoria.

οὔτε ἡ ψυχὴ ὅπερ κινήμενον συμβέβηκε δὲ αὐτῇ κινεῖσθαι, καθάπερ καὶ τῷ ζώῳ πολλάκις βαδίζειν τε, καὶ βαδίζοντι εἶναι. ἐπὶ τὸ κινούμενον οὐ τί ἐστιν, ἀλλά π ποιὸν ἢ πάσχον σημαίνειν ἔοικεν. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ λευκόν· οὐ γάρ τί ἐστιν ἡ χιών, ἀλλὰ ποιόν τι δηλοῖ. ὥστ' οὐδέτερον αὐτῶν ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορεῖται. ¶ Μάλιστα δὲ δεῖ τὸν τὸ συμβεβηκὸς ὁρισμὸν βλέπειν, εἰ ἁρμόττει ὃ δεῖ τὸ ἐπιδεχόμενον ὁρίζεσθαι, οἷον καὶ τὰ νῦν εἰρημένα. ἐνδέχεται γάρ τι κινεῖν αὐτὸ ἑαυτό, καὶ μή· ὁμοίως δὲ καὶ λεύκον εἶναι καὶ μή. ὥστ' οὐδέτερον αὐτῶν γένος, ἀλλὰ συμβεβηκός· ἐπειδὴ συμβεβηκὸς ἐλέγομεν, ὃ ἐνδέχεται ὑπάρχειν τινὶ καὶ μή. ¶ Ἔτι εἰ μὴ ἐν τῇ αὐτῇ διαιρέσει τὸ γένος καὶ τὸ εἶδος ἀλλὰ τὸ μὲν, οὐσία· τὸ δὲ, ποιόν· ἢ τὸ μὲν, πρός τι· τὸ δὲ, ποιόν. οἷον ἡ μὲν χιὼν καὶ ὁ κύκνος, οὐσία· τὸ δὲ λεύκον, οὐκ οὐσία, ἀλλὰ ποιόν. ὥστ' οὐ γένος τὸ λεύκον τῆς χιόνος, οὐδὲ τὸ κύκνου. πάλιν, ἡ μὲν ἐπιστήμη, τῶν πρός τι· τὸ δὲ ἀγαθὸν καὶ τὸ καλὸν, ποιόν. ὥστ' οὐ γένος τὸ καλὸν ἢ τὸ ἀγαθὸν τῆς ἐπιστήμης. τὰ γὰρ τῶν πρός τι γένη, καὶ αὐτὰ τῶν πρός τι δεῖ εἶναι· καθάπερ δεῖ τὸ διπλάσιον. καὶ γὰρ τὸ πολλαπλάσιον, ὂν γένος τοῦ διπλασίου, τῶν πρός τι ἐστι. καὶ ὅλως ἢ ἐπιτεῖν, τοῦτο τῶν αὐτῶν διαιρέσιν δεῖ τὸ γένος τῶν εἰδῶν εἶναι· εἴτε γὰρ τὸ εἶδος οὐσία, καὶ τὸ γένος· εἴτε ποιόν τι τὸ εἶδος, καὶ τὸ γένος ποιόν τι.

οἷον

οἷον εἰ τὸ λεύκον ποιόν τι, καὶ τὸ χρῶμα· ὁμοίως δὲ καὶ ὅπερ τῷ
6 ἄλλων. ¶Πάλιν εἰ ἀνάγκη εἶν, ἢ εἰ ἐνδέχεται τὸ τεθέντος ἐν τοῦ γένει, μετέχειν τὸ γένος. ὅρος δὲ τὸ μετέχειν, τὸ ὅπερ δέχεσθαι τὸν τοῦ μετεχομένου λόγον. δῆλον οὖν ὅτι τὰ μὲν εἴδη μετέχει τῶν γενῶν, τὰ δὲ γένη τῶν εἰδῶν οὔ· τὸ μὲν γὰρ εἶδος ὅπερ δέχεται τὸν τοῦ γένους λόγον· τὸ δὲ γένος, τὸν τοῦ εἴδους οὔ. σκεπτέον οὖν, εἰ μετέχει, ἢ ἐνδέχεται μετέχειν τοῦ εἴδους, τὸ ὑποδοθὲν γένος. εἰ δέ τις τοῦ ὄντος, ἢ τοῦ ἑνὸς γένος τό τι ὑποδοίη· συμβήσεται γὰρ μετέχειν τὸ γένος τοῦ εἴδους· καὶ πάντων γὰρ τῶν ὄντων, τὸ ὂν καὶ τὸ ἓν κατηγορεῖται· ὥστε καὶ ὁ λόγος αὐτῶν.
7 ¶Ἔτι εἰ κατά τινος τὸ ὑποδοθὲν εἶδος ἀληθεύεται, τὸ δὲ γένος μή. εἰ δὲ τὸ ὄν, ἢ τὸ ὀπτὸν, τοῦ δοξαστοῦ γένος τεθείη. κατὰ γὰρ τοῦ μὴ ὄντος τὸ δοξαστὸν κατηγορηθήσεται· πολλὰ γὰρ τῶν μὴ ὄντων, δοξαστά. ὅτι δὲ τὸ ὂν ἢ τὸ ὀπτὸν οὐ κατηγορεῖται καὶ τοῦ μὴ ὄντος, δῆλον. ὥστ' οὐ γένος τὸ ὄν, οὐδὲ τὸ ὀπτὸν, τοῦ δοξαστοῦ. καθ' ὧν γὰρ τὸ εἶδος κατηγορεῖται. καὶ
8 τὸ γένος δεῖ κατηγορεῖσθαι. ¶Πάλιν εἰ μηδενὸς τῶν εἰδῶν ἐνδέχεται μετέχειν τὸ τεθὲν ἐν τῷ γένει. ἀδύνατον γὰρ τὰ γένοις μετέχειν, μηδενὸς τῶν εἰδῶν μετέχον, αὖ μή τι τῶν καὶ πρώτην διαίρεσιν τῶν εἰδῶν ἢ. ταῦτα γὰρ γένοις μόνον μετέχει. αὖ ἂν ἡ κίνησις, γένος τι ἡδονῆς τεθῇ· σκεπτέον, εἰ μήτε φθορὰ, μήτ' ἀλλοίωσις ἡ ἡδονὴ, μήτε τῶν λοιπῶν ὑποδοθεισῶν κινήσεων μηδεμία·

veluti si album *est* quale quidpiam, etiam color. Similis est aliorum ratio. ¶Item *considerandum est*, an necesse *sit*, vel an contingat, eius quod in genere positum est, genus esse particeps. Definitio autem participandi *est*, recipere eius quod cõmunicatur definitionem. Perspicuum igitur *est*, species esse generũ participes, genera verò specierum non *item*. species enim recipit generis definitionem: genus autem non *recipit definitionem* speciei. Considerãdum igitur *est*, an speciei particeps sit vel particeps esse possit genus propositum. veluti si quis entis aut vnius genus aliquod tradat. accidit enim vt genus sit particeps speciei: quoniam omnibus iis quæ sunt, & ens & vnum attribuitur: proinde etiam
7 eorum definitio. ¶Præterea *videndum est*, an de aliquo verè tradita species dicatur, genus autem minimé. veluti si positum fuerit ens aut scibile *esse* opinabilis genus: quoniam ei quod non est, opinabile attribuitur: quandoquidem multa eorum quæ non sunt, opinabilia *sunt*. ens verò aut scibile non attribui ei quod nõ est, perspicuum *est*. quapropter neque ens neque scibile *est* genus opinabilis. quibus enim species attribuitur, *iis* genus quoque attribui oportet.
8 ¶Item *videndum est*, an nullius speciei particeps esse possit id quod positum est in genere. Fieri enim nequit, vt generis sit particeps, quod nullius speciei est particeps: nisi *fortè* sit aliqua *earum* specierum, quę in prima diuisione generis *ponuntur*. hęc autem genus tantùm participant. Si igitur positum fuerit, motum esse genus voluptatis: considerandum *est*, an voluptas nẽc sit corruptio, nec variatio, nec vllus ex reliquis qui dicuntur esse motus.

constat enim *eam* nullius speciei participē esse, proinde nec generis: quia necesse *est*, vt *id* quod generis est particeps, etiā alicuius speciei sit particeps. Quocirca voluptas non est species motionis, nec *vnum* ex in-
a Ἔτμητα. hæc enim dicūtur ἐν παραλλάξει, indiuidua, & quæ sunt sub specie. diuiduis, nec[a] ex iis quæ sub specie motionis sunt. nam indiuidua quoque genus & speciem participant: vt quidam homo & hominis est particeps, & animalis. ¶ Præterea *videndum est*, 9 an latiùs quàm genus pateat id quod in genere positum est. vt opinabile *latiùs patet* quàm ens: quia & quod est, & quod nō est, opinabile *est*. quare opinabile non potest esse species entis: quia genus semper latiùs patet quàm species. ¶ Rursus an de quot *rebus* dicitur genus, de totidem dicatur id quod in genere positum est. veluti si eorum quæ omnibus consequentia sunt, alterum genus, alterum speciem esse posuerit: vtputà ens & vnum. omni enim *rei* ens & vnū *consequentia sunt*. quare neutrum est alterius genus: quia de totidem *rebus ambo* dicuntur. Similiter *fit*, si primum & principiū, alterum sub altero positum fuerit. nam principium *est* primum: & primum *est* principium. quare vel ambo[b] quæ dixi, idē sunt, vel neutrum est alterius genus. Elementum autem omnium eiusmodi *locorum*[c] *est*, de pluribus dici genus quàm speciē vel differentiam. nam differentia quoque de paucioribus[d] dicitur quàm genus. ¶ Videre etiam *oportet*, " an id quod dictum est, non sit genus alicuius eorum quæ specie non differunt[d] aut nō videatur *esse*. sed is qui cōfirmat, *videbit* an alicuius *eorum sit genus*, idē enim *est* eorum omniū quæ specie non differunt, genus. si igitur vnius *genus esse* probatū fuerit: constat esse omniū. & si vnius nō *esse probatū fuerit*,

b Idest, primū, & principium.

c Fundamentum locorum expositorum.

d Alicuius indiuidui sub specie contenti.

δῆλον γὰρ ὅτι οὐδενὸς τῶν εἰδῶν αὖ μετέχοι· ὥστε οὐδὲ τὴν ἡδονὴν εἶναι· ἀναγκαῖον ὄντι τὸ τῆς ἡδονῆς μετέχον, καὶ τῶν εἰδῶν τινος μετέχειν ὥστ' οὐκ ἂν εἴη εἴδος ἡ ἡδονὴ τῆς κινήσεως, οὐδὲ τῶν ἀτόμων, οὐδὲ τῶν ὑπὸ τὸ εἶδος τῆς κινήσεως ὄντων. καὶ γὰρ τὰ ἄτομα μετέχει τῆς ἡδονῆς, καὶ τὸ εἶδος· οἷον ὁ τῆς ἀνθρώπου καὶ ἀνθρώπου μετέχει, καὶ ζώου. ¶ Ἔτι εἰ δεῖ πλέον λέγεται τὰ ἡδέα τὸ ὂν τοῦ ἡδέος τὸ δοξαστὸν τοῦ ὄντος. καὶ γὰρ τὸ ὄν, καὶ τὸ μὴ ὄν, δοξαστόν. ὥστ' οὐκ ἂν εἴη τὸ δοξαστὸν, εἶδος τοῦ ὄντος. ἔτι πλέον γὰρ ἀεὶ τὸ ἡδὺ τοῦ εἴδους λέγεται. ¶ Πάλιν εἰ ἔστι τοσοῦτον τὸ γένος καὶ τὸ εἶδος λέγεται. οἷον εἰ τοῦ πᾶσιν ἐπομένων τὸ μὲν, ἡδὺς· τὸ δ', εἶδος τοῦτο· καθάπερ τὸ ὄν, καὶ τὸ ἕν. παντὶ γὰρ τῷ ὄντι, καὶ τῷ ἑνί. ὥστ' οὐδέτερον οὐδετέρου ἡδύ, ἐπειδὴ ἔστι ἴσον λέγεται. ὁμοίως δὲ καὶ εἰ τὸ ὡρῶτον, καὶ ἡ ἀρχή· ἐπάλληλα τοῦτο. ἅμα γὰρ ἀρχὴ, ὡρῶτον· καὶ τὸ ὡρῶτον, ἀρχή. ὥστ' εἰ ἀμφότερα τὰ εἰρημένα ταυτόν ἐστι, οὐδέτερον οὐδετέρου ἡδύ. στοιχεῖον δὲ λέγω ἅπαντα τὰ τοιαῦτα, τὸ ἔστι πλέον τὸ ἡδὺ τοῦ εἴδους, καὶ τῷ διαφορὰν, λέγεσθαι ἐπ' ἔλαττον γὰρ καὶ ἡ διαφορὰ τοῦ ἡδέος λέγεται. ¶ Ὁρᾶν δὲ καὶ εἴ τινος ἀδιαφόρων τοῦ εἴδους μὴ ὄντι ἡδύς τὸ εἰρημένον, εἰ μὴ δόξειεν αὐ. καταφανὲς δ' ἐν τοῖς τοιούτοις ἐστὶ τοῦτο. ταυτὸν γὰρ πάντων τῶν ἀδιαφόρων τοῦ εἴδους τὸ ἡδύ. αἰεὶ γὰρ ἐνὸς δειχθέν, δῆλον ὅτι πάντων. καὶ ἐνὸς μὴ,

δῆλον

δῆλον ὅτι ἀδιαίρετον. οἷον εἰ τις ἀτόμους τεθείμβους γραμμάς, τὸ ἀδιαίρετον, γένος αὐτῶν φύσιειν ἔῃ. τῶν δὲ διαίρεσιν ἐχουσῶν γραμμῶν, οὐκ ἔστι τὸ εἰρημένον γένος, ἀδιαφόρων οὐσῶν καὶ τὸ εἶδος. ἀδιαφορεῖ δὲ καὶ τὸ εἶδος ἀλλήλαις αἱ δύο εὐθεῖαι γραμμαὶ πᾶσαι.

constat esse nullius. vt si quis indiuiduas lineas ponens dixerit Insecabile, esse earum genus. linearum enim quæ diuidi possunt, non est genus id quod dictum est, cùm specie non differant: quandoquidem omnes rectæ lineæ specie inter se non discrepant.

Alij loci, CAP. II.

1 *Si species sit in alio genere.* 2 *Si genus generis non attribuatur speciei, vel ei non attribuatur in quæstione quid est, vel sit eius particeps.* 3 *Si genus, vel generis genus non attribuatur speciebus speciei in quæstione quid est.* 4 *A definitione eius quod positum est esse genus.* 5 *Si differentia ponatur quasi genus,* 6 *Vel quasi species.* 7 *Si genus speciei subiiciatur.* 8 *Si differentia subiiciatur speciei.* 9 *Si genus subiiciatur differentiæ.* 10 *Si genus ponatur quasi differentia.* 11 *Si nulla generis differentia dicatur de specie.* 12. *Si species sit prior genere, & sublata specie tollatur genus.* 13 *Si species separetur a genere, vel a differentia.*

Σκοπεῖν δὲ καὶ εἰ τι ἄλλο γένος ἐστὶ τοῦ ὑποδεθέντος εἴδους, ὃ μήτε προσέχει τὸ ὑποδεθὲν γένος, μήθ' ὑπ' ἐκεῖνό ἐστιν· οἷον εἰ τις τῆς δικαιοσύνης τιθεῖ ὑπεῖναι μίαν θεὶν γένος. ἔστι δὲ καὶ ἡ ἀρετὴ γένος· καὶ ἐδέτερον τῶν γενῶν, τὸ λοιπὸν προσέχει· ὥστ' οὐκ ἂν εἴη ἡ ὑπεῖναι γένος τῆς δικαιοσύνης. δοκεῖ δὲ, ὅταν ἓν εἶδος ὑπὸ δύο γένη ᾖ, τὸ ἕτερον ὑπὸ τοῦ ἑτέρου περιέχεσθαι. ἔχει δὲ ἀπορίαν ἐπ' ἐνίων τὸ τοιοῦτον. δοκεῖ δὲ ἐνίοις ἡ φρόνησις, ἀρετή τε καὶ ὑπεῖναι εἶναι, καὶ οὐδέτερον τῶν γενῶν ὑπ' οὐδετέρου προέχεσθαι. οὐ μὴν ὑπὸ πάντων γε συγχωρεῖται τιθεῖ φρόνησιν ὑπεῖναι εἶναι. εἰ δ' οὖν τις συγχωρεῖν τὸ λεγόμενον ἀληθὲς εἶναι· ἀλλὰ τόγε ὑπάλληλα[a], ἢ ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος ἄμφω γίνεσθαι τὰ τοῦ αὐτοῦ γένη, τῶν ἀναγκαίων ἂν δόξειεν εἶναι· καθάπερ καὶ ἐπὶ τῆς ἀρετῆς, καὶ ἐπὶ τῆς ὑπεῖναι συμβαίνει· ἄμφω γὰρ ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος ἐστίν. ἑκάτερον γὰρ αὐτῶν ἕξις

COnsiderare etiam *oportet*, an aliquid aliud genus sit speciei propositæ, quod neque contineat propositum genus, neque sub illo sit. veluti si quis posuerit scientiam *esse* genus iustitiæ. nam & virtus est genus: & neutrum genus continet reliquum. quare scientia non potest esse genus iustitiæ. videtur enim, cùm vna species sub duobus generibus est, alterum sub altero contineri. Hoc autem in quibusdam dubitationem habet. nonnullis enim videtur prudentia esse & virtus & iustitia, & neutrum genus sub altero contineri. sed non ab omnibus concedi tur prudentiam esse scientiam. quòd si quis concedat hoc verũ esse: at certè videtur necesse esse, vt quæ *sint* ciusdẽ genera, vel *sint* subalterna[a], vel ambo sint sub eodem genere: quemadmodum etiam in virtute & in scientia contingit: ambo enim sunt sub eodem genere, quia vtrumque eorũ est habitus

[a] Alterum collocetur sub altero.

& dispositio. Considerandum igitur *est*, an neutrum insit proposito generi. Nam si nec subalterna genera sint, nec sub eodem *genere* ambo collocentur: id quod propositum est, nõ potest esse genus. ¶ Considerare etiam *oportet* genus propositi generis, atque ita semper superiora genera, *nempe* an omnia at tribuantur speciei, & an attribuantur in *quæstione* quid est. opus enim est, vt omne superius genus attribuatur speciei in *quæstione* quid est. Sicubi igitur discrepat, constat id quod propositum est, non *esse* genus. Rursus videndum est, an genus participet speciem, siue ipsum, siue aliquod superiorum generum. quod enim est superius, nullius eorum quæ infra sunt, particeps est. Qui igitur refellit, ita vt dixi, *hoc loco* vti debet. Ei verò qui confirmat si concessum sit genus propositum inesse speciei, ac dubitetur an vt genus insit satis est probare aliquod superiorũ generum attribui speciei in *quæstione* quid est. nam si vnum attribuatur in *quæstione* quid est, omnia quæ supra & quæ infra hoc sunt, siquidem attribuantur speciei, attribuentur in *quæstione* quid est. quare etiam propositum genus attribuitur in *quæstione* quid est. Quòd autem, si vnum attribuatur in *quæstione* quid est, & reliqua omnia, si attribuantur, attribuentur in *quæstione* quid est, per inductionem sumi debet. At si simpliciter dubitetur, an propositum genus insit, non sufficit probare aliquod superiorum generũ attribui speciei in *quæstione* quid est. Veluti si quis tradiderit lationem esse genus incessus: non sufficit probare incessum esse motionem,

καὶ ἀφαιθτοίς ὄζτι. σκεπτέον οὖν, εἰ μηδέτερον ὑπάρχει τῷ δοθέντι γένει. εἰ γὰρ μηδ' ὑπάλληλά ὄζτι τὰ γένει, μηδ' ὑπὸ ταυτὸν ἄμφω· ὥςτ' οὐκ ἂν εἴη τὸ δοθὲν γένος.

¶ Σκοπεῖν δὲ καὶ τὸ γένος τὸ δοθέντος γένοις, καὶ οὕτως ἀεὶ τὸ ἐπάνω γένος, εἰ πάντα κατηγορεῖται τὰ εἴδοις, καὶ εἰ ἐν τῷ τί ὄζτι κατηγορεῖται. παῦ γὰρ τὸ ἐπάνω γένος, κατηγορεῖσθαι δεῖ τὰ εἴδοις ἐν τῷ τί ὄζτιν. εἰ οὖν πῦ δῆλον ὅτι οὐ γένος τὸ δοθὲν.

Πάλιν εἰ μετέχει τὸ γένος τὰ εἴδοις, ἢ αὐτό, ἢ τῷ ἐπάνω τι γενῶν· οὐδενὸς γὰρ τὸ ἐπάνω τῷ ὑποκάτω μετέχει. Ἀνασκευάζοντι μὲν οὖν, καθάπερ εἴρηται, χρηστέον. Κατασκευάζοντι δὲ, ὁμολογουμένου μὲν ὑπάρχειν τοῖ εἴδεσι τὸ ὑπὸ τοῦτο γένοις, ὅτι δὲ ὡς γένος ὑπάρχει ἀμφισβητουμένου, δοτέον τὸ δεῖξαί τι τῷ ἐπάνω γένων ἐν τοῖ τί ὄζτι τὰ εἴδοις κατηγορεύμενον. ἐπὸς γὰρ ἐν τοῖ τί ὄζτι κατηγορεύμενα, πάντα καὶ τὰ ἐπάνω τούτου, καὶ τὰ ὑποκάτω, ἃ περ κατηγορεῖται τὰ εἴδοις, ἐν τοῖ τί ὄζτι κατηγορηθήσεται· ὥςτε καὶ τὸ δοθὲν γένος ἐν τοῖ τί ὄζτι κατηγορεῖται. ὅτι δὲ ἑνὸς ἐν τοῖ τί ὄζτι κατηγορεσυμένου, καὶ πάντα τὰ λοιπὰ, ἃ περ κατηγορεῖται, ἐν τοῖ τί ὄζτι κατηγορηθήσεται), δι' ἐπαγωγῆς λεπτέον. Εἰ δὲ ἁπλῶς ὑπάρχειν ἀμφισβητεῖται τὸ δοθὲν γένος, καὶ δοτέον τὸ δεῖξαί τι τῷ ἐπάνω γενῶν ἐν τοῖ τί ὄζτι κατηγορέμενον τοῖ εἴδεσι. οἷον εἰ τῆς βαδίσεως γένος ἀπέδωκε τὶς φοράν, οὐκ ἀρκεῖ τὸ δεῖξαι διότι κίνησίς ὄζτιν ἡ βαδίσις,

δισις, ὡς τὸ δεῖξαι ὅτι φορά ἐστιν, ἐπειδὴ καὶ ἄλλαι κινήσεις εἰσίν: ἀλλὰ πρῶτον δεικτέον, ὅτι οὐδενὸς μετέχει ἡ βάδισις τῆς κατὰ τὸν αὐτὸν διαιρέσιν, εἰ μὴ τῆς φορᾶς. αὐξάνεται γὰρ τὸ τοῦ γήρους μετέχον, καὶ τῆς εἴδων τινος μετέχει τῆς κατὰ τὸν αὐτὸν διαιρέσιν. εἰ οὖν ἡ βάδισις μήτ' αὔξησεως, μήτε μειώσεως, μήτε τῆς ἄλλων κινήσεων μετέχοι· δῆλον, ὅτι τῆς φορᾶς αὖ μετέχοι. ὥστε αὖ εἴη γένος ἡ φορὰ τῆς βαδίσεως.

3 ¶ Πάλιν ἐφ' ὧν τὸ εἶδος τὸ τεθὲν, ὡς γήρους κατηγορεῖται, σκοπεῖν εἰ καὶ τὸ ὑποδοθὲν γήρος ἐν τῷ τί ἐστιν αὐτῷ τούτων κατηγορεῖται, ὥσπερ καὶ τὸ εἶδος. ὁμοίως δὲ καὶ εἰ τὰ ἐπάνω τῶν γήρους πάντα. εἰ γάρ που διαφωνεῖ, δῆλον ὅτι οὐ γήρους τὸ ὑποδοθέν. εἰ δὲ λῷον γῆρος, ἅπαντ' αὖ καὶ τὰ ἐπάνω τούτου, καὶ αὐτὸ τοῦτο, ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορεῖτο, ὥσπερ καὶ τὸ εἶδος ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορεῖται. αὐασκευάζοντι μὲν οὖν χρήσιμον, εἰ μὴ κατηγορεῖτο τὸ γήρους ἐν τῷ τί ἐστιν, ὥσπερ καὶ τὸ εἶδος κατηγορεῖται· κατασκευάζοντι δὲ, εἰ κατηγορεῖται ἐν τῷ τί ἐστι, χρήσιμον. συμβέβηκεν γὰρ καὶ τὸ γήρους, καὶ τὸ εἶδος, τὸ αὐτὸ ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορεῖσθαι. ὥστε τὸ αὐτὸ ὑπὸ δύο γήρη γίνεται. αὐαγκαῖον οὖν, ὑπαλλαγὲντα τὰ γήρη εἶ. αὖ οὖν διειρῆσθαι, ὃ βουλόμεθα γένος κατασκευάσαι, μὴ ὂν ὑπὸ τὸ εἶδος. δῆλον, ὅτι τὸ εἶδος ὑπὸ τὸ αὖ εἴη. ὥστε δεδειγμένον αὖ εἴη, ὅτι γήρους ἔστι.

4 ¶ Σκοπεῖν δὲ καὶ πότερον λέγως τῶν γήρων, εἰ ἐφαρμόττουσιν ἕκαστα τοῖς ὑποδοθεῖσι εἴδεσι, καὶ ὅσα τὰ μετὰ

1 NOn est autē illa disputatio num differentia, qua vtuntur aliqui dicentes, alias ad nomen, alias ad sententiam pertinere. Nā existimare alias ad nomen, alias ad sentētiam pertinere, ac non potiùs eadē esse, quæ vtroque genere cōtinentur, magna est amētia. ¶ Quid enim aliud est non argumētari ad sententiam, quàm non vti eum qui se rectè putat interrogare, aliquo vocabulo in ea significatione, in qua est concessum à respōdente? Quid verò, nónne etiam hoc est de nomine contendere? Iam verò quid est ad sententiā, nisi cùm intellexeris, quod dixit respondens ad id argumentum dirigere? Quod si plura significet aliquod verbum, putent autem, qui interrogat, & qui respōdet, vno modo dici: (veluti ens & vnum fortè multiplicia sunt: sed Zeno interrogans, atque illi respondens existimabat, vno tā tùm modo dici: ex quo omnia esse vnum concludebat) hæcne erit ad nomen an ad interrogantis sententiam disputatio? Sin plura significare putēt, nō dubiū est quin ad sententiam illa non possit pertinere. Primùm igitur in iis

quæ multa significant, illud vsuenit, vt quæ sunt ad nomen, ea dem ad sententiã pertinere cernantur. Deinde verò in qualibet oratione idem contingit. Quoniam esse ad sententiam, non est in ipsa oratione positum, sed in eo, quòd respondens hoc vel illo modo affectus est ad ea, quæ concessit. ¶ Tum verò nulla est contrà, cui non possit accidere vt sit ad nomen, præsertim cùm hoc loco esse ad nomen, idẽ valeat, quod non esse ad mentẽ alterius. Nam si non omnes illuc referri possint, erunt profectò aliquæ, quæ neque ad nomen, neque ad sententiam erunt. Illi autem altero horum generum omnes contineri dicunt: atque ita diuidunt, vt omnes generis reprehensiones, aut ad nomen, aut ad sententiam pertinere fatean tur. ¶ Atqui ex iis quidem syllogismis, in quibus quiddam est quod multis modis dicitur, non nulli sunt, qui ad nomen pertinent, (nam illud absurdũ est, vel le omnes captiones, quæ ex verbis ducũtur, pertinere ad nomẽ) sed illud certè negari etiam nõ potest, quin aliquæ sint in eodẽ illo genere captiosæ & fallaces ratiocinationes, quæ non ex eo vim habent, quia sit hoc vel illo modo affectus respondens, sed quoniam ipsa per se argumentatio continet aliquam interrogationem, quæ multa significat. ¶ Iam verò illud omnino absurdum est de reprehensione priùs quàm de ratiocinatione differere. Cùm enim reprehẽsio, ratiocinatio quædam sit, necesse est priùs de ratiocinatione quàm de falsa reprehensione agere. Est enim reprehensio, apparens ratiocinatio contradictionis. Vnde etiam fit, vt omnis captionis causa vel sit in ratiocinatione, vel in contradictione, (adiungere enim contradictionẽ necesse est) vel in vtroque. Vt illius, σιγῶντα proloqui, causa est

τοιούτοις ὅτι λόγοις τὸ πρὸς τοὔνομα, καὶ τῶν διάνοιαν. ὅσοι πλείω σημαίνουσιν, εἶτα πρὸς ὀνπναοῶ ὅτιν. ἡ δὲ τοῦ λόγῳ ὅτι τὸ πρὸς τῶν διάνοιαν ἔχῃ), ἀλλ' ἐν τοῦ τὸν ἀποκεινόμενον ἔχειν πως πρὸς τὰ δεδομένα. ¶ Εἶτα πρὸς τοὔνομα 2
ἐνδέχεται πάντας αὐτοὺς εἶναι. τὸ δὲ πρὸς τοὔνομα, τὸ μὴ πρὸς τῶν διάνοιαν εἶναί ὅτιν ἐνταῦθα. εἰ δὲ μὴ πάντες, ἔσονταί τινες ἕπεσι, οἱ οὔτε πρὸς τοὔνομα, οὔτε πρὸς τῶν διάνοιαν. οἱ δὲ φασι πάντας, καὶ διαιρεῖσθαι, ἢ πρὸς τοὔνομα, ἢ πρὸς τῶν διάνοιαν ἔχῃ) πάντας, ἄλλοις δ' οὔ. ¶ Ἀλλὰ μὴν ὅ- 3
στι συλλογισμοί εἰσι παρὰ τὸ πλεοναζῶς, τοῦτον εἰσί τινες οἱ ὧδα τοὔνομα. ἀπόπως μὲν δὲ εἴρηται, τὸ ὧδα τοὔνομα φαίνῃ πάντας τοὺς ὧδα τῶν λέξιν. ἀλλ' οὖν εἰσί τινες ὧδα λογισμοί, οὐ πρὸς τὸν δυνακεινόμενον, πρὸς οὓς τοὺς ἔχειν πως, ἀλλὰ πρὸ τοιόνδε ἐρώτημα τὸ λόγον αὐτὸν ἔχειν, ὃ πλείω σημαίνει ¶ Ὅλως τε ἄτοπον τὸ πρὸς ἐλέγ- 4
χου διαλέγεσθαι, ἀλλὰ μὴ πρότερον πρὸς συλλογισμοῦ. ὁ δὲ ἔλεγχος, συλλογισμός ὅτιν. ὥστε χρὴ καὶ πρὸς συλλογισμοῦ πρότερον, ἢ πρὸς ψεύδους ἐλέγχου. ἔστι δὲ τοιοῦτος ἔλεγχος, φαινόμενος συλλογισμὸς ἀποφάσεως. διὸ ἢ ἐν τῷ συλλογισμῷ ὅτι τὸ αἴτιον, ἢ ἐν τῇ ἀποφάσει (προσκείσθω δὲ δεῖ τῶν ἀποφασιν) ὅτε δ' ἐν ἀμφοῖν, αὖ ἢ φαινόμενος ἔλεγχος. ἔστι δὲ ὁ μὲν τὸ σιγῶντα λέγειν, ἐν τῇ ἀποφά-

σει,

σει, οὐκ ἐν τῷ συλλογισμῷ. ὁ δὲ ἃ μὴ ἔχει τὶς δοίη ἂν, ἐν ἀμφοῖν. ὁ δὲ ὅτι Ὁμήρου ποίησις σχῆμα ἔχει τῶν κύκλου, ἐν τῷ συλλογισμῷ. ὁ δὲ ἐν μηδετέρῳ, ἀληθὴς συλλογισμός. ¶ Ἀλλὰ δή, ὅθεν ὁ λόγος ἦλθε, πότερον οἱ ἐν τοῖς μαθήμασι λόγοι, πρὸς τὴν διάνοιαν εἰσὶν ἢ οὔ; καὶ εἰ τὴν δοκεῖ πολλὰ σημαίνειν τὸ ξύγγραμμα, καὶ ἔδοκε μὴ ὡς τοῦτο τὸ σχῆμα ἐφ' οὗ συνεπεράνατο ὅτι δύο ὀρθαί, πότερον πρὸς τὴν ὀξύνοιαν οὕτως διείλεκται τὴν σὴν εἶναι, ἢ οὔ; ¶ Εἰ μὲν πολλὰ μὴ σημαίνει τοιοῦτον· ὁ δὲ, μὴ νοεῖ, μηδὲ οἴεται: πῶς οὖν οὐ πρὸς τὴν διάνοιαν διείλεκται; ἢ πῶς δεῖ ἐρωτᾶν, πλὴν διόνυσ διαφρεσιν, εἴτε ἐρωτήσειέ τις, εἰ ἔστι σχῆνται λέγειν, ἢ οὔ; ἢ ὅτι μὴ ὡς ἐκ, ἔστ ἁπλῶς ναί. εἰ δή τις δοίη μηδαμῶς, ὁ δὲ διαλεχθείη, ἆρ' οὐ πρὸς τὴν διάνοιαν διείλεκται [οὐ πρὸς τοιοῦτον]; καίτοι δοκεῖ ὁ λόγος δοκεῖ τῆν αὐτὴν τοῦτο ἔχειν. οὐκ ἄρα ἔστ ἡμῖν τι λόγων τὸ πρὸς τὴν διάνοιαν. ¶ Ἀλλ' οἱ μὲν τῆν πρὸς ταῦτα εἰσι· καὶ τοιοῦτοι οὐ πάντες, οὐχ ὅτι οἱ ἐλεγχοι, ἀλλ' οὐδ' οἱ φαινόμενοι ἔλεγχοι. εἰσὶ γὰρ ἃ μὴ παρὰ τὸ λέξιν φαινόμενοι ἔλεγχοι· ἢ εἰ παρὰ τὸ συμβεβηκός, καὶ ἕπεται. ¶ Εἰ δέ τις ἀξιοῖ διαιρεῖν, ὅτι λέγω ἢ σχῆνται λέγειν, τὰ μὲν ὠδὶ, τὰ δ' ὠδὶ, ἀλλὰ τό γ' ὅτι πρῶτον μὲν ἄτοπον,

in contradictione non in ratiocinatione: huius autē, dare aliquem posse quod non habet, in vtroque: eius verò, Homeri poëma esse figuram, quia circulus quidā fit, in ratiocinatione. Quæ autē neutro modo vitiosa erit, vera ratiocinatio censebitur.

¶ Sed vt eo redeamus, vnde digressi sumus, illud hīc rogo, an mathematicorum orationes ad sententiam pertineant, nécne. Et si in ea quisquā opinione sit, vt triangulum putet esse verbum multiplex, isque interrogatus concedat, non vt eā figuram significat de qua concluditur, habere tres angulos pares duobus rectis, eritne illa ad mentem & sententiā alterius disputatio, an potiùs non erit? ¶ Præterea si multis modis dicatur verbū aliquod, idque nec intelligat alius, nec vllo modo suspicetur, hīc quæso, quonam pacto is nō ad sententiam disputat? Aut quo tandem modo interrogare debebit, nisi priùs adhibita distinctione: vt sit huiusmodi, verbi gratiā, interrogatio: sitne verū, σιγῶντα proloqui, an falsum: an potiùs vno modo verum, & altero falsum? At enim si nihilominùs hīc ita respondeas, vt nullo modo fieri illud posse dicas: cō trà autem alius disputet, numquid erit ad sententiam tuam disputatum? Atqui ad nomen etiā quin huiusmodi argumentatio pertineat, negari nō potest. Nō est igitur vnum quoddam captionum genus ad mentem & sententiam pertinentiū. ¶ Sed illud modò verū est, nōnullas esse, quę ad nomē sunt: nec huius generis omnes esse possunt, nō dico quæ veræ sunt reprehēsiones, sed ne illæ quidē, quæ falsa specie veras reprehēsiones præ se ferūt: quādoquidē multæ sint captiones, quæ ne ex verbis quidē ducūtur: quales sunt, quæ ex accidēte eruūtur, & aliæ nōnullæ. ¶ Quòd si quis existimet esse distinguendum hoc modo: dico, σιγῶντα proloqui, hoc quidem modo sic, illo verò secus: illa quidē certè primum erit valdè absurda

& iniqua postulatio, præsertim cùm illud sæpe vsuenire videatur, vt qui interrogat, nesciat omnino multis modis dici posse, quod rogat. Quod verò multiplex esse non putes, illud vt distinguas, fieri nõ potest. Deinde verò quid, quæso, hoc aliud erit quàm docere? Sic enim declarabit quo modo res habeat, ci qui nec animaduertit, nec scit, nec omnino suspicatur posse id, de quo interrogatur, alio atque alio modo accipi. Nam quid vetat, quo minùs idem facias in iis in quibus nulla est ambiguitas? Exempli causa, nónne quatuor vnitates sunt pares duobus binariis, qui sunt in quaternario? ita tamen, vt diuerso modo in quatuor insint duo binarij & quatuor vnitates. Itémque illa, éstne contrariorum eadem scientia? sed ita tamen, vt alia sint cognita, alia incognita. Quapropter qui id postulat, ignorare videtur, aliud esse docere, aliud disputare: & quòd oporteat docetnem non interrogare, sed manifestum facere id, de quo agitur: disputãtem verò, eum modò, quicum disputat, interrogare.

τὸ ἀξιοῦν. σὺ οὖν δοκεῖ τὸ ἐρωτᾶν μέρος πολλαχῶς ἔχειν. ἀδύνατον δὲ διαιρεῖν ὃ μὴ οἴεται. ἔπειτα τὸ διδάσκειν, τί ἄλλο ἔσται; φανερὸν δὲ ποιήσει πως ὡς ἔχει. πολλαχῶς μήτε ἐπεσκεμμένῳ, μήτε εἰδότι, μήτε ὑπολαμβάνοντι, ὅτι ἄλλως λέγεται. Ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς μὴ διπλοῖς τί κωλύει τοῦτο παθεῖν ἢ ποιεῖν; ὡς. ἆρα ἴσαι αἱ μονάδες τῶν δυοῖν δυάσιν ἐν τοῖς τέσσαρσιν; εἰσὶ δὲ δυάδες αἱ μὲν, ὡσὶ δ' οὐσῶν αἱ δὲ, ὡσὶ. καὶ ἆρα τῶν ἐναντίων μία ἐπιστήμη, ἢ οὔ; ἔστι δ' ἃ ἐναντία τὰ μὲν, γνωστὰ τὰ δ' ἀγνωστα. ὥστε ἔοικεν ἀγνοεῖν ὁ τοῦτο ἀξιῶν, ὅτι ἕτερον τὸ διδάσκειν τοῦ ἐλέγχειν, καὶ ὅτι δεῖ τὸν μὲν διδάσκοντα μὴ ἐρωτᾶν. ἀλλ' αὐτὸν δῆλα ποιεῖν, τὸν δ' ἐρωτᾶν.

Collatio dialectici, tentantis, sophistici, contentiosi, demonstrantis, & pseudographi, CAP. XI.

1 *Discrimen demonstrantis, & tentantis.* 2 *Discrimen dialectici, & sophistæ.* 3 *Syllogismorum contentiosorum ac sophisticorum genera.* 4 *Differentia sophistæ, & contentiosi.* 5 *Analogia inter contentiosos, dialecticos, pseudographos, & demonstrantes.* 6 *Differentia contentiosi, & pseudographi.* 7 *Dialecticum non habere subiectum determinatum.* 8 *Nullum artificem interrogare.* 9 *Dialecticum interrogare, ideóque non demonstrare.* 10 *Pirasticen non habere subiectum determinatum.* 11 *Omnes quodam modo vti dialectica & pirastica.* 12 *Contentiosum non habere subiectum determinatum, & hac ratione distingui à pseudographo.* 13 *Dialecticum nosse debere locos elenchorum expositos.* 14 *Epilogus.*

IAm verò postulare, vt is, quicum disputatur, aut dicat, aut neget, nõ est docentis ac demõstrantis, sed tentantis. Est enim tẽtandi ratio, pars quædam dialecticæ. Ideóque in omnib. spectat & contẽplatur quid sentiãt, non illi qui verè docti sunt, sed qui rerum sibi arrogãt cognitionẽ, cùm sint illarũ imperiti. ¶ Atque

Ἔτι τὸ φαῦλον ἢ σπουδαῖον ἀξιοῦν, οὐ δεικνύντες ὅτιν, ἀλλὰ πεῖραν λαμβάνοντες. ἢ γὰρ πειραστικὴ ὅτι ἐλεγκτικὴ τις. διὸ καὶ ὧδε πάντων ὁπισοπεῖ ⁊ θεωρεῖ, ἃ τὸν εἰδότα, ἀλλὰ τὸν αἰνοῦντα, καὶ ψευδομενύμενον. ¶ Ὁ μὲν οὖν

Atque

οὐδ' ᾗ τὸ θεώρημα θεωρῶν τὰ κοινά, διαλεκτικός ἐστιν. ὁ δὲ τοῦτο φαινόμενος ποιῶν, σοφιστικός.

3 ¶ Καὶ συλλογισμός ἐριστικὸς ἢ σοφιστικός ἐστιν, εἰς μὲν ὁ φαινόμενος συλλογισμὸς, ὢν δὲ οὔ· ἢ διαλεκτικὴ πεῖρα ἐστί, κἂν ἀληθὲς ᾖ τὸ συμπέρασμα. τοῦ δὲ διὰ τί ἀπαντητικός ἐστι. καὶ ὅσοι μὴ ὄντες κατὰ τέχνην ἑκάστου μέθοδον φαινόμενοι δοκοῦσιν εἶ) κατὰ τέχνην τυγχάνειν. τὰ δὲ ψευδογραφήματα, οὐκ ἐριστικά. κατὰ γὰρ τὰ ὑπὸ τέχνην οἱ παραλογισμοί. οὐδὲ γε εἴ τι ἐστὶ ψευδογράφημα, ᾗ ἀληθές. οἷον τὸ Ἱπποκράτους, καὶ ὁ τετραγωνισμὸς ὁ διὰ τῶν μηνίσκων, ἀλλ' ὡς ὁ Βρύσων ἐτετραγώνιζε τὸν κύκλον, εἰ καὶ τετραγωνίζει) ὁ κύκλος, ἀλλ' ὅτι οὐ κατὰ τὸ θεώρημα, διὰ τοῦτο σοφιστικός. ὥστε ὅτι, τὸ μὲν διὰ τί φαινόμενος συλλογισμός, κἂν ᾖ συλλογισμός, ἐριστικὸς λόγος. φαινόμενος γάρ ἐστι κατὰ τὸ θεώρημα, ὥστ' ἀπαντητικὸς καὶ ἄδικος. ὥσπερ δὲ καὶ ἐν ἀγῶνι ἀδικία ἐστὶ πεῖρα, ᾗ ἔστιν ἀδικομαχία τις· ὅπως ἂν ἐναντιολογία, ἀδικομαχία ἢ ἐριστικὴ ἐστιν. ὁμοίως δὲ οἱ πάντες νικᾶν θεωρεῖν φύμενοι, πάντων ἁπλῶς ἁμαρτάνουσι, καὶ ἐνταῦθα οἱ ἐριστικοί. ¶ Οἱ μὲν οὖν τῆς νίκης αὐτῆς χάριν τοιοῦτοι, ἐριστικοὶ καὶ φιλέριδες δοκοῦσιν εἶ). οἱ δὲ δόξης χάριν τῆς εἰς χρηματισμὸν, σοφιστικοί. ἡ δὲ σοφιστικὴ ἐστὶν, ὥσπερ ἐπὶ-

ille quidem, qui reuera communia perueſtigat, dialecticus eſt: qui verò id facere videtur, nec facit, ſophiſta. ¶ Ac ratiocinatio num quidē contētioſarum & ſophiſticarum vnum genus eſt, earū quæ apparēt, cùm ex iis rebus conſtēt, in quibus verſatur tētan di ratio, etiamſi vera ſit concluſio. Iſtarum enim vitiū in cauſa eſt poſitum. & qui ſunt ſecundū vnam quāque methodum paralogiſmi, ſecundum artē eſſe videtur: ſed falſæ deſcriptiones cō tētioſæ non ſunt (quandoquidē ſunt paralogiſmi de aliqua re facti, quæ cuiuſdam artis eſt propria) ne ſi illæ quidem verum aliquid concludant: qualis erat Hippocratis ratio, qua circulū quadrare per lunulas conabatur. Sed erit certè contētioſa ratio, ſi talis ſit, qualis erat Bryſonis quadratura: qua quidem tametſi circulus quadretur, tamē quia non propriè ad rem erat accōmodata, ſophiſtica eſt appellāda. Quare quæcūque in his ratiocinatio apparet, contētioſa erit: propterea quòd ea ſaltē ex parte, qua ad iſtā rē videtur accōmodata, fallacē habet quādam ſpeciem, per quam decipimur, ac veluti iniuria quadā afficimur. Quemadmodū enim inter certandum, quas aduerſario facimus iniurias, ſpeciē quandā æquitatis præ ſe ferūt, & tamē reuera eſt iniqua certādi ratio: ſic in diſputatione iniquum certamen eſt, vbi ad nimiam contentionem res progreditur. Nāvt in certaminibus, qui quauis ratione victores eſſe volunt, nil non mouent, nil non aggrediuntur: ita hīc in diſputatione idem faciunt, qui ſunt ſupra modum litigioſi. ¶ Atque ex iis quidem, qui tantam adhibent contentionem, quicumque ſibi victoriam proponunt, illi ſunt qui propriè litigioſi & contentionis amatores cenſentur. Qui verò gloriam ex qua quæſtū faciant, aucupātur, ſophiſtæ. Eſt enim ſophiſtice, quemadmodum

suprà diximus, ratio quæstus faciendi ex sapientiæ simulatione. Quo fit, vt demonstrationes etiam, quæ specie quadam veras imitentur, potissimùm expetãt sophistæ. Et rationes qui edm non sunt diuersæ, quibus litigio si homines, & quibus sophistæ vtuntur, sed fine distinguũtur: & vna eadémque probatio sophistica erit, & contentiosa: verùm nõ eadem ratione. Nam quà ad opinionem victoriæ adhibetur, contentiosa est: quà verò ad opinionem sapientiæ, sophistica. Etenim sophistice est sapientia quædam simulata, nõ vera. ¶ Ferè autem contentiosæ argumentationes eodem modo affectæ sunt ad dialecticas, quo falsæ descriptiones ad geometricas demonstrationes. Vt enim paralogismi, in iisdem cernuntur, in quibus versatur dialectica: ita pseudographi in iis quæ ad geometram pertinent. Sed hi contẽtiosi non sunt, quoniam ex principiis & conclusionibus alicui arti propriis constant. Qui verò ex iis rebus in quibus versatur dialectica, erunt contẽtiosi. Vt quadratura per lunulas non est contentiosa: Brysonis autem est contentiosa. Atque illa quidem prior, cùm ex propriis geometriæ principiis cõficiatur, ad nullam aliam artem, quàm ad geometriam transferri potest: hæc posterior apud eos etiam vsurpari poterit, qui illius artis imperiti, quíque quid in qua que re fieri possit, & quid non possit, ignorant. Ea enim cõueniet. Aut si quis vt Antiphon quadraturã circuli ostẽdere conetur: vel ostẽdere velit nõ esse bonũ post cœnã inãbulare, Zenonis ratione. Est enim cõmunis, nõ medica. ¶ Si igitur eodẽ planè modo affectus est cõtentiosus homo ad dialecticũ, quo ad geometrã pseudographus: nõ potest profectò ex iis, quæ propria sunt constare cõtentiosa argumẽtatio.

μὴν, χρηματιστικὴ τις ἀπὸ σοφίας φαινομένης. διὸ φαινομένης ἀποδείξεως ἐφίενται, καὶ τῆς λόγων τῆς αὐτῆς μὲν εἰσιν οἱ φιλέριδες, καὶ σοφιστάι, ἀλλ' οὐ τῆς αὐτῆς ἕνεκεν. καὶ λόγος ὁ αὐτὸς μὲν ἔσται σοφιστικὸς, καὶ ἐριστικὸς, ἀλλ' οὐ κατ' αὐτό· ἀλλ' ἡ μὲν νίκης φαινομένης, ἐριστικός. ἡ δὲ σοφίας, σοφιστικός. καὶ γὰρ ἡ σοφιστικὴ, ἔστι φαινομένη σοφία τις, ἀλλ' οὐκ οὖσα. ¶ Ὁ δὲ ἐριστικὸς, ὅτι πως οὕτως ἔχων πρὸς τὸν διαλεκτικὸν, ὡς ὁ ψευδογράφος πρὸς τὸν γεωμετρικόν. ἐν μὲν τῆς αὐτῆς τῇ διαλεκτικῇ παραλογίζονται, καθάπερ καὶ ὁ ψευδογράφος τὸν γεωμέτρην. ἀλλ' ὁ μὲν οὐκ ἐριστικὸς, ὅτι ἐν τῇ ἀρχῶν καὶ τῇ συμπερασμάτων τῇ ἀπὸ τῶν τέχνων ψευδογραφεῖ. ὁ δὲ ἀπὸ τῶν διαλεκτικῶν, πρὸς μὲν τὰ ἄλλα οὐκ ἐριστικὸς ὤν, δῆλον. οἷον ὁ πεταγωνισμὸς, ὁ μὲν διὰ τῆς μηνίσκων, οὐκ ἐριστικὸς· ὁ δὲ Βρύσωνος, ἐριστικός. καὶ τὸν μὲν οὐκ ἔστι μεπιγκεῖν, ἀλλ' ἢ πρὸς γεωμέτρην μόνον, διὰ τὸ ἐκ τῆς ἰδίων εἶ ἀρχῶν· τὸν δὲ, πρὸς πολλοὺς, ὅσοι μὴ ἴσασι τὸ δυνατὸν ἐν ἁφῇ, καὶ τὸ ἀδύνατον· ἁρμόσει γὰρ ὁ αὐτός. Ἢ ὡς Ἀντιφῶν ἐπεγώνιζεν. ἢ εἴ τις μὴ φαίη βέλτιον εἶ, ἀπὸ δείπνου περιπατεῖν, διὰ τὸν Ζήνωνος λόγον, οὐκ ἰατρικὸς· κοινὸς γάρ. ¶ Εἰ μὲν οὖν πάντη ὁμοίως εἶχεν ὁ ἐριστικὸς πρὸς τὸν διαλεκτικὸν, καὶ ψευδογράφῳ πρὸς τὸν γεωμέτρην, οὐκ ἂν ἦν πρὸς ἐκεῖνον ἐριστικός.

¶ Nunc.

7 ¶ Νῦν δ' οὐκ ἔστιν ὁ διαλεκτικὸς περὶ ὁτουοῦν γένους τινὸς ὡρισμένου, οὐδὲ δικανικὸς οὐδενός, οὐδὲ πιστικὸς οἷος ὁ κοσθόλου. οὔτε γὰρ ὄντα ἅπαντα οἷόν τε ἐνί τινι γένει οὔτε εἰ εἴη, οἷόν τε ὑπὸ τὰς αὐτὰς ἀρχὰς ἕξει τὰ ὄντα. 8 ¶ Ὥστε οὐδεμία τέχνη τῷ δεικνυούσῃν τινα φύσιν ἐρωτηματικὴ ἔσται. οὐδ' ἕξιν ὁπωτερουοῦν μορίων δυνάμεων. συλλογιστικὸς γὰρ οὐ γίνεται ἐξ ἀμφοῖν. 9 ¶ Ἡ δὲ διαλεκτικὴ, ἐρωτηματικὴ ἔστιν. εἰ δ' ἐδείκνυεν, εἰ καὶ μὴ πάντα, ἀλλὰ τάγε ἐρώτα καὶ τὰς οἰκείας ἀρχὰς οὐκ ἂν ἠρώτα. μὴ διδόντος γὰρ οὐκ ἂν εἶχεν ἐξ ὧν ἔτι διαλέξεται πρὸς τὸν ἕνεκα. 10 ¶ Ἡ δὲ αὐτὴ καὶ πειραστική. οὐδὲ γὰρ ἡ πειραστικὴ ταὐτὸν ἔστιν, οἷα ἡ γεωμετρία, ἀλλ' ὡς ἂν ἔχοι καὶ μὴ εἰδώς τις. ἔξεσι γὰρ πεῖραν λαβεῖν καὶ τοῦ μὴ εἰδότα τὸ πρᾶγμα τὸ μὴ εἰδότος, εἴπερ καὶ δίδωσιν, οὐκ ἐξ ὧν οἶδεν, οὐδὲ ὃν περὶ ἰδίων, ἀλλ' ὃν περὶ ἑπομένων, ὅσα τυγχάνει ἔστιν, ἃ εἰδότα μάλιστ' οὐθὲν κωλύει μὴ εἰδέναι τὸν τέχνην μὴ εἰδότα ἠναίσκυν αἰνοεῖν. ὡς τε φανερὸν ὅτι οὐδενὸς ὡρισμένου ἡ πειραστικὴ ἐπιστήμη ἔστι. διὸ καὶ πάντων ἔστι πᾶσιν γὰρ αἱ τέχναι 11 χρῶνται καὶ κοιναῖς πᾶσι. ¶ Διὸ πάντες καὶ οἱ ἰδιῶται ἔστιν τινὰ χρῶνται τῇ διαλεκτικῇ καὶ πειραστικῇ.

7 ¶ Nunc autem dialecticus nullum certũ genus habet in quo quasi in subiecto sibi proprio versetur: nec vllas in re demonstrationes achibet: neque talis est qualis vniuersalia. Neque enim possunt res omnes sub vnũ genus cadere: nec si possent, verè illud dici posset omnium cadẽ esse principia. ¶ Vnde etiam fit, vt nulla earum artium, quæ in tractanda certa quadam natura demonstrationibus vtũtur, percontando differat, & suas probationes ex interrogatione accipiat. Cùm enim non possit ex vtraque contradictionis parte accommodata ad rem docendã fieri ratiocinatio, non debet liberum esse, vtrãuis partem admittere. ¶ Dialectica autẽ percontatrix est. Quæ si demõstraret & si non omnia, at certè prima pronunciata, & propria sua principia citra vllam interrogationem acciperet: alioqui si illa non admitteret alius, nil iam supereresset, vnde id euerteret, quod esset ab altero oppositum. ¶ Planè autẽ generis eiusdem est pirastice cũ dialectica. Neque enim hæc tentandi ratio talis quædã ars est, qualis geometria, sed cuius munus præstare etiam indoctus aliquis possit. Quid enim est, cur non possit, qui rei alicuius non habet scientiam, quasi tentandi causa cum eo disputare, qui etiam sit illius rei imperitus? Præsertim cùm eò conferatur disputatio, vt non ex iis constet, quæ illi, qui doctus sit, perspecta sunt, quæque sunt rei propria, sed ex consentaneis quibusdam & consequentibus rei: quæ huiusmodi ferè sunt, vt tametsi illa scias, nil tamen vetet, te artem nescire: at si nescias, omnino artis cognitionem assequi non possis. Ex iis planum est, pirasticeu non esse scientiam, quæ in certo quodam genere subiecto versetur, idcóque de omnibus disputationem suscipere. Habent enim omnes scientiæ communia 11 quædam, quibus vtuntur. ¶ Ob eámque causam fit, vt omnes homines, etiam idiotæ, quodammodo vtantur dialectica & pirastica:

concludas, proprius est hic sophisticus locus. eò scilicet perducere aduersariũ, vbi argumentorum tibi sit copia. Sed illud certè interdum rectè, interdum vtiosè fieri potest, quemadmodum nos suprà diximus. ¶ Iam verò vt admirabile quippiã & contra omnium opinionem elicias, videndum est tibi, quam sectam philosophorum sequatur is, quicum disputas, vt illum interroges quidpiã ex iis quæ contra omnium opinionem dicunt huius sectæ philosophi. Habent enim singulæ sectæ suas quasdam huiusmodi sententias. Est autem ad eam rem primum veluti elementum, vt singularũ sectarum admirabiles sententias inter propositiones accipias. Verùm in prõptu etiam est istarum captionum satis apta solutio, vt ad extremum neges, ex ipsa oratione id quod est inopinabile. Semper autem hoc vult is qui cum altero decertat.

¶ Amplius verò ex hominum volũtatibus & apparentibus opinionibus. Non enim eadem volunt & loquuntur: sed sermones quidem sunt quàm honestissimi, voluntas autẽ spectat quæ vtilia apparent. Veluti nemo ferè est, qui non ita loquatur, longè præstantiorem esse mortem glorioſam, quàm vitam voluptatibus affluentem: & melius esse iustè per inopiam viuere, quàm in magna opum copia turpiter: volunt autem omnes contraria. Ergo si quis secundum hominũ voluntatem loquatur, ad apparentes opiniones erit deducendus: sin secundum has, ad reconditas. Vtroque enim modo eum in paradoxa incidere erit necesse. Quoniam aut manifestis aut reconditis opinionibus repugnabit. ¶ Alius locus est latissimè patẽs per quẽ cogimus aduersarium dicere aliquid admirabile (id quod Callicles in Gorgia

δεῖξαι, ἴδιος τόπος ὁ σοφιστικὸς, τὸ ἄγειν πρὸς τοιαῦτα, πρὸς ἃ δύπορεῖ λόγων. ἔσται δὲ καὶ καλῶς καὶ μὴ καλῶς τοῦτο ποιεῖν, καθάπερ ἐλέχθη πρότερον. ¶ Πάλιν πρὸς 5
τὸ παράδοξα λέγειν, σκοπεῖν ἔκτινος ἡδύτ' ὁ διαλεγόμενος. εἶτα ἐρωτᾶν ὅτι ἃ τοῖς πολλοῖς δοκεῖ λέγουσι παράδοξον. ἔστι γὰρ ἑκάστοις τι τοιοῦτον. στοιχεῖον δὲ τούτων, τὸ τὰς ἑκάστων εἰληφέναι δόξεις ἐν ταῖς προτάσεσι. λύσις δὲ καὶ τούτων ἡ προσκοῦσα φέρεται· τὸ ἐμφανίζειν, ἐπὶ οὐ δόξᾳ τὸν λόγον συμβαίνει τὸ ἀδόξον. ἀεὶ δὲ τοῦτο καὶ βούλεται ὁ ἀγωνιζόμενος.

¶ Ἔτι δὲ καὶ ἐκ τῆς βουλήσεων 6
καὶ ἐκ τῆς φανερῶν δοξῶν. οὐ γὰρ ταυτὰ βούλονταί τε καὶ φασιν, ἀλλὰ λέγουσι μὲν τοῖς ὀνήμοτάτοις τὸν λόγον, βούλονται δὲ τὰ φαινόμενα λυσιτελεῖν. οἷον τεθνάναι καλῶς μᾶλλον, ἢ ζῆν ἡδέως φασὶν εἶν, καὶ πένεσθαι δικαίως μᾶλλον, ἢ πλουτεῖν αἰσχρῶς. βούλονται δὲ τἀναντία. τὸν μὲν οὖν λέγοντα κατὰ τὰς βουλήσεις, εἰς τὰς φαινομένας δόξας ἀκτέον. τὸν δὲ κατ' αὐτὰς, εἰς τὰς ἀποκεκρυμμένας. ἀμφοτέρως δὲ ἀναγκαῖον παράδοξα λέγειν. ἢ γὰρ πρὸς τὰς φανερὰς, ἢ πρὸς ταῖς ἀφανεῖς δόξας, ἐρήσειν ἐναντία. ¶ Πλεῖστος δ' τόπος 7
ἐστὶ τοῦ ποιεῖν παράδοξα λέγειν, ὥσπερ καὶ ὁ Καλλικλῆς ἐν τῷ Γοργίᾳ

φαινομ.

γέγρα-

ὑφεραπλᾶ λέγων, καὶ οἱ ἀρχαῖοι ἡ πάντες ὥοντο συμβαίνειν, ὧδε τὸ κ̄ φύσιν καὶ κ̄ τὸν νόμον. ἐναντία δ' ἔοικε φύσιν καὶ νόμον φασὶ, ⁊ τὼ δικαιοσύνω κ̄ τὸν μὲν νόμον μὴ εἶ καλόν, κ̄ φύσιν δ' οὐ καλόν. δεῖ οὖν ὥσες μὴ τὸν εἰπόντα κ̄ φύσιν, κ̄ νόμον ἀπαντᾶν. ὥσες δὲ τ̄ κ̄ νόμον, ἐπὶ τὼ φύσιν ἀγειν. ἀμφοτέρως δ' εἶ ὧδόξα λέγειν. ὧν ἡ τὸ μὲν κ̄ φύσιν αὐτοῖς, τὸ ἀληθὲς· τὸ δ' κ̄ νόμον, τὸ τοῖς πολλοῖς δοκοῦν. ὅτι δ' ἄλλον, ὅτι κἀκεῖνοι, καθάπερ καὶ οἱ νῦν, ἠ ἐλέγξαι, ἠ ὧδόξα λέγειν τὸν ἀντικείμενον ἐπιχείρεσιν πιεῖν.

8 ¶ Ἔτι δὲ τ̄ ἐρωτημάτων ἔχει τὸ ἀμφοτέρως ἀδοξον εἶναι τὼ ἀπόκρισιν· οἷον πότερον τοῖς σοφοῖς, ἠ τοῖ πατρὶ δεῖ πείθεσθαι; καὶ τὰ συμφέροντα ὠφελεῖν, ἠ τὰ δίκαια; καὶ ἀδικεῖσθαι αἱρετώτερον, 9 ἠ ἀδικεῖν; ¶ Δεῖ ἡ ἄγειν εἰς τὰ τοῖς πολλοῖς ⁊ σοφοῖς ἐναντία. ἐὰν μὲν λέγῃ τις ὡς οἱ ὧδὲ τὼ λόγοις, εἰς τὰ τοῖς πολλοῖς. ἐὰν δὲ ὡς οἱ πολλοὶ, ἐπὶ τὰ τοῖς σοφοῖς. φασὶ γὰρ οἱ μὲν ὄζ αἰσχύνης τὸν δεδαιμονα δίκαιον εἶ· τοῖς δὲ πολλοῖς ἄδοξον, τὸ βασιλέα μὴ δεδαιμονεῖν, ἕνεκ ἡ τὸ εἰς τὸ ὕπο τὰ ἄδοξα σωιάγειν, τὸ αὐτὸ τ̄ εἰς τὼ φύσιν καὶ κ̄ τὸν νόμον ὑπεναντίωσιν ἄγειν. ὁμῶς δὲ νόμος, δύο τ̄ πολλῶν. οἱ δὲ σοφοὶ κ̄ φύσιν καὶ κ̄ 10 ἀληθειαν λέγουσι. ¶ Καὶ τὰ μὲν ὧδόξα ἐκ τούτων δεῖ ζητεῖν τ̄ τόπων.

commemorat, quódque omnes veteres captionum vnicam ferè causam existimabant) ex iis quæ natura, & quæ lege sunt constituta. Naturam enim legi contrariam esse: & iustitiam quidē lege esse honestā, natura verò non honestam. Sic igitur oppugnandus est, qui quod naturæ consentaneum sit, proferat, vt legem illi obiiciamus: sin legem teneat, contrà, quæ sunt ex natura, proferenda erunt. Hic enim effugere nō potest, quin vtrinque admirabile aliquid dicat. Vocabāt aūt illi naturam, id quod in qua que re verum est: legem verò, quod in multitudinis opinione positum est. Vnde perspicuū est illius ætatis homines idē quod qui hodie sunt, fuisse conatos, vt respondentem aut reprehenderent, aut cogerent tādem aliquid dicere contra omnium o- 8 pinionem. ¶ Porrò autem interrogationes quædā sunt quæ vtrinque opinioni contrariam re sponsionem habent. Vt sitne sapientibus potiùs parendum, an patri? Sintne iusta potiùs facienda, an quæ vtilia? Vtrùm optabilius, iniuriam pati, an facere? 9 ¶ Iam verò perducēdus est aduersarius ad ea, de quibus cōtraria est sapientum ac multitudinis opinio. Ac si ille quidem cū sapientibus sentiat, opponenda vulgi opinio: sin vulgus sequatur, quid sentiant sapientes, contrà adferendū. Hi enim eos, qui beati sint, necessariò iustos esse existimant: at multitudini incredibile videtur, regem non esse beatum. Verùm enim locus hic ab eo non est diuersus, qui ex legis & naturæ repugnātia dictus est. Nihil. n. aliud lex est, quàm multitudinis opinio: sapientes verò quod in rei natura positum est, & ve- 10 ritatē sequuntur. ¶ Ac de locis quidem, ex quibus eruuntur paradoxa, hactenus.

De tautologia seu nugatione, CAP. XIII.

1 *Definitio.* 2 *Exempla.* 3 *In quibus hæ rationes inueniantur.* 4 *Interdum videri, sed re vera non effici negationem.*

SEquitur, vt quomodo efficienda sit nugatio dicamus. Ac primum quidem, quid illud sit, quod appellamus nugari, suprà diximus. ¶ Omnes aũt orationes, quæ sunt huiusmodi, id volunt efficere. Si nihil referat nomen dicas an orationẽ: duplũ autem idẽ est, quod dimidij duplum: si igitur duplũ est dimidij, erit dimidij dimidij duplum: & si iterum pro duplo accipias dimidij duplum, ter idem erit repetitum, dimidij dimidij dimidij duplum. Et numquid voluptatis est cupiditas? Definitur autẽ hæc, appetitio voluptatis: est igitur cupiditas appetitio voluptatis voluptatis. ¶ Cernũtur aũt omnes istę orationes in relatis, quorũ nõ solùm genera, sed ipsa quoq. ad aliud dicũtur, quæ que ad vnum & idẽ referuntur. Veluti appetitio est alicuius appetitio, & cupiditas alicuius cupiditas: itémque duplũ alicuius duplum, & duplum dimidij: Aut vero in iis, quorũ essentia cùm non sit in relatis, ita tamen sunt affecta ad substantiã, omninó q. ad sua subiecta, quorum ipsa aut habitus, aut affectiones, aut simile aliquid, vt in definitione qua quid illa sunt explicatur, ipsa subiecta accipiãtur. Vt impar definitur numerus medium habẽs. At verò impar numerus est. Est igitur numerus, mediũ habẽs numerus. Et, si simitas est nasi concauitas, est verò nasus simus: erit igitur nasus, nasus cauus. ¶ Porrò autem interdum videntur efficere cùm non efficiant: propterea quòd prætermittitur, ab eo qui interrogat, necessaria ad eã rẽ interrogatio, nẽpe an duplũ per sedictũ

Περὶ δὲ τὸ ποιῆσαι ἀδολεχεῖν, ὃ μὲν λέγομεν τὸ ἀδολεχεῖν, εἰρήκαμεν πρότερον. ¶ Πάντες δὲ οἱ τοιοῦτοι λόγοι τοῦτο βούλονται ποιεῖν· εἰ μηδὲν διαφέρει τὸ ὄνομα, ἢ τὸν λόγον εἰπεῖν. διπλάσιον δὲ, καὶ διπλάσιον ἡμίσεος, ταυτόν. εἰ ἄρα διπλάσιόν ἐστιν ἡμίσεος διπλάσιον, ἔσται ἡμίσεος ἡμίσεος διπλάσιον. καὶ πάλιν αὖ αὐτὸ τὸ διπλάσιον, διπλάσιον ἡμίσεος τεθῇ, ἔσται ἐρημένον, ἡμίσεος ἡμίσεος ἡμίσεος διπλάσιον. καὶ ἆρα ἐστὶν ἡ ὀπτὴ ἡδονὴ ἐπιθυμία ἡδέος; τοῦτο δὲ ἐστὶν ὄρεξις ἡδέος. ἔστιν ἄρα ἡ ὀπτὴ ἐπιθυμία ὄρεξις ἡδέος ἡδέος. ¶ Εἰσὶ δὲ πάντες οἱ τοιοῦτοι περὶ λόγων ἐν τοῖς πρός τι, ὅσα μὴ μόνον τὰ ἡμίν, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ πρός τι λέγονται, καὶ πρὸς τὸ αὐτὸ καὶ ἓν ἅπαντα. ἔστι δ' ἃ τὰ ὄρεξις τινὸς ὄρεξις, καὶ ἡ ὀπτὴ ἐπιθυμία τινὸς ὀπτὴ ἐπιθυμία· καὶ τὸ διπλάσιον, τινὸς διπλάσιον, καὶ διπλάσιον ἡμίσεως· ἢ ὅσων ἡ οὐσία οὐκ ὄντως πρός τι, ὅλως ὢν εἶσιν ἕξεις ἢ πάθη, ἢ τι τοιοῦτον, ἐν τῷ λόγῳ αὐτῶν πρός τι λεγόντων κατηγορημένων ὅλῃ τοὺτοις. ἔστι τὸ περιττὸν, ἀριθμὸς μέσον ἔχων, ἔστι δὲ ἀριθμὸς πρός τι, ἔσται ἄρα ἀριθμὸς μέσον ἔχων ἀριθμός. καὶ εἰ τὸ σιμὸν κοιλότης ῥινός ἐστιν, ἔστι δὲ ἡ ῥὶς σιμή, ἔσται ἄρα ῥὶς, ῥὶς κοίλη. ¶ Φαίνονται δὲ ποιεῖν, οὐ ποιοῦντες οὐ διὰ τὸ μὴ προσεπιστάσθαι, εἰ σημαίνει τι καθ' αὐτὸ λεγόμενον, ἐξ ὧν ὁ ἐρωτῶν ἀναγκαῖα πρὸς τὴν ἐρώτησιν, οὐκ ἐπερωτᾷ διὰ τὸ λανθάνειν, οἷον εἰ διπλάσιον ἐστὶ τὸ δὶς ἢ οὔ.

χθὲς

χθὲν τὸ ἀνθρώπιον, ἢ οὐθέν. καὶ εἴ τι σημαίνει, πότερον τὸ αὐτό, ἢ ἕτερον. ἀλλὰ τὸ συμπέρασμα λέγειν εὐθύς· καὶ φαίνεται δι' ὃ τὸ ὄνομα, ταυτὸ ἓν τοῦτο, καὶ σημαίνειν.

significet aliquid an nihil: & si quid significet, vtrum idē quod coniunctum cum altero, an aliquid aliud: sed statim conclusio exprimitur, & tamē propter nomen videtur idem esse & significare.

De solœcismo, Cap. xiv.

1 Quid sit. 2 Aliquando fieri nec videri, aliquando videri nec fieri. 3 Quòd pertineat ad sophisticen. 4 In quibus sit. 5 Collatio solœcismi & elenchi à similitudine sumpti. 6 Epilogus.

6 Σολοικισμὸς δέ, οἷον μὴ ὀρθῶς εἴρηται πρότερον. ¶ Ἔστι δὲ τοῦτο καὶ ποιεῖν· καὶ μὴ ποιοῦντα, φαίνεσθαι· καὶ ποιοῦντα, μὴ δοκεῖν· καθάπερ Πρωταγόρας ἔλεγεν, εἰ ὁ μοῦσις, καὶ ὁ πήληξ ἄρρεν ἐστίν. ὁ μὲν δὴ λέγων οὐλομένην, σολοικίζει μὲν κατ' ἐκεῖνον, οὐ φαίνεται δὲ τοῖς ἄλλοις. ὁ δὲ οὐλόμενον, φαίνεται μὲν, ἀλλ' οὐ σολοικίζει. ¶ Δῆλον οὖν ὅτι καὶ ἡ τεχνίτης δύναται τοῦτο ποιεῖν. διὸ πολλοὶ τῶν λόγων οὐ συλλογιζόμενοι σολοικισμόν, φαίνονται συλλογίζεσθαι, καθάπερ ἐν τοῖς ἐλέγχοις. ¶ Εἰσὶ δὲ πάντες σχεδόν, οἱ φαινόμενοι σολοικισμοὶ, παρὰ τὸ τόδε, καὶ ὅταν ἢ πῶσις μήτε ἄρρεν μήτε θῆλυ δηλοῖ, ἀλλὰ τὸ μεταξύ. τὸ μὲν γὰρ ἄρρεν, ἄρρεν σημαίνει τὸ δὲ αὖτη, θῆλυ· τὸ δὲ τοῦτο, θέλει μὲν τὸ μεταξὺ σημαίνειν, πολλάκις δὲ σημαίνει κἀκείνων ἑκάτερον. ὥσ πότε τοῦτο; Καλλιόπη, ξύλον, Κορίσκος. τὸ μὲν οὖν ἄρρενος καὶ τὸ θήλεος δηλοῦσιν αἱ πῶσεις ἅπασαι, τὸ δὲ μεταξύ, αἱ μὲν, αἱ δὲ οὔ. δοθέντος δὲ πολλάκις τοῦτο, συλλογίζονται ὡς εἰρη-

Solœcismus aût quid sit paulò antè dictum est. ¶ At vsuenire potest, vt solœcismū facias, nec videare, & vt videare, cùm non facias. Veluti si verum est quod Protagoras dicebat masculini generis esse hæc verba, μοῦσις & πήληξ: is certè sententia illius solœcismum committit, qui dicit, μῆνιν οὐλόμενον. at opinione aliorum non videtur cōmittere: qui verò οὐλόμενον dicet, videbitur ille quidem in hoc vitium incidisse, reuera aût non incidit. ¶ Perspicuum igitur est, artem idem posse efficere: ob eámq; causam multæ sunt orationes, quibus videtur concludi solœcismus, cùm reuera nō concludatur: quemadmodū in elenchis accidere solet. ¶ Duntur autem ferè omnes apparentes solœcismi ex neutro articulo, hoc, & quādo casus aliquis nominis, nec masculinū genus, nec fœmininum significat, sed quod est inter ista quoddam veluti medium. Nam hic masculinum declarat, hæc fœmininum, hoc autem neutrum quidem significare vult, sed tamē sæpe ad vtrumque illorum transfertur: Vt quid est hoc? Calliope, lignum, Coriscus. Ac masculini quidem & fœminini omnes casus sunt diuersi, neutrius autem partim iidem, partim diuersi. Quo fit, vt sæpenumero cùm datum sit hoc,

cõcludant quasi dictum sit hũc, aut alia quadam simili ratione casum pro casu accipiãt. Fallax autẽ conclusio ex eo oritur, quod articulus neutri multis casibus communis est. Interdum enim nominatiuum, interdũ accusatiuum significat. At verò si istos casus dignoscere velis, verbũ variè accipiendum est, vt cũ nominatiuo, est: coniũgas, cum accusatiuo, esse: veluti, est Hipponicus, esse Hipponicum. Nec diuersa est in fœmininis nominibus ratio, & in omnibus quæ sub cõmuni nomine τῆς σκευῆς à Græcis comprehensa (nos vasa appellamus) masculinorum aut fœmininorum inflexionem habent: sola enim ea quæ desinunt in ον, inflexionem sequuntur τῶν σκευῶν, hoc est, neutri generis sunt, vt ξύλον, χοινίον. quæ verò nõ habent illam terminationẽ, masculina sunt, aut fœmininа: & illa tamen nonnunquam traducuntur ad genus neutrum: & sub nomine τῆς σκευῶν interrogantur: vt ἀσκὸς masculinum est κλίνη fœmininum. Itaque in iis eodem modo quo in superioribus verbum est, &, esse, casuum inter se discrimina indicabit.

¶Est etiam solœcismus nõ valdè absimilis iis reprehensionibus quæ ex eo ducuntur, quòd vt similia accipiuntur. quæ non sunt similia. Vt enim illic in rebus, ita hîc in verbis solœcismi contingunt. Homo enim & album, & verba sunt, & res. ¶Ex iis igitur, quæ dicta sunt, planũ est, si quando solœcismum velis concludere ex illis casibus, quos exposuimus sumendum tibi esse argumentum. Ac de generibus quidem contentiosarum argumentationum, & partibus singulorum generum, & modis omnibus hactenus.

μῆνον τὸν. ὁμοίως ἢ καὶ ἄλλῳ πῶσιν αὐτ' ἄλλης. ὁ δὲ παραλογισμὸς γίνεται ἀφὰ τὸ κοινὸν εἶδ τὸ τὸ πλειόνων πτώσεων. τὸ δὲ τοῦτο σημαίνει, ὅτε μὲν ἔστι, ὅτε ἢ τοῦτον. δεῖ δὲ ἀναλῦσ σημαίνειν, μετὰ μὲν τοῦ ὄντι, τὸ ἔστι, μετὰ δὲ τοῦ εἶδ, τὸ τοῦτον· οἷον ἔστιν Ἱππόνικος, εἶναι Ἱππόνικον. καὶ ὅτι τῆς ἐπλέων ὀνομάτων ὡσαύτως. καὶ ὅτι τῆς λεγομένων μὲν σκευῶν, ἑτέρων δὲ ἐπλείας, ἢ ἀρρένος κλῆσιν. ὅσα γὰρ εἰς τὸ ο καὶ τὸ ν τελευτᾷ, ταῦτα μέν σκεύους ἔχει κλῆσιν. οἷον ξύλον, χοινίον. τὰ δὲ μὴ οὔτως, ἀρρένος, ἢ ἐπλέος. ὧν ἔνια μεταμὲν ὅτι τὰ σκεῦη. ἡ ἀσκὸς μὲν, ἀρρεν τοῦνομα· κλίνη δὲ, ἐπλευ. διόπερ καὶ ὅτι τῆς τοιούτων ὡσαύτως, καὶ τὸ ἔστι, καὶ τὸ εἶδ διοίσει. ¶Καὶ ὅπου 5
πινὰ ὅμοιός ἐστιν ὁ σολοικισμὸς τοῖς φαῦλ· τὸ τὰ μὴ ὅμοια ὡσαύτως ἐρμηνεύειν, ἢτοι τοῖς φαῦλ· τὸ χεῖμα ὁμοίως λεγομένοις ἐλέγχοις. ὥςπερ γὰρ ἐν ἐκείνοις ὅτι τῆς σχημάτων συμβαίνει ἐλέγχειν, οὕτως ἐν τούτοις ὅτι τῆς ὀνομάτων συμπίπτει σολοικίζειν. αὖθις ὅπως γὰρ καὶ λευκόν, καὶ σχῆμα, καὶ ὄνομά ὅστι. ¶Φανερὸν οὖν ὅτι ἢ σο- 6
λοικισμὸν πειρᾶσθαι ἐν τῆς εἰρημένων πτώσεων συλλογίζεσθαι. εἰδὴ μὲν οὖν ταῦτα τῆς ἀγωνιστικῶν λόγων, καὶ μέρη τῆς εἰδῶν, καὶ ξόποι οἱ εἰρημένοι.

De

De dispositione & interrogandi ratione, CAP. XV.

1 Prothesis. 2 De longitudine orationis. 3 De celeritate interrogationis. 4 De ira & altercatione. 5 De ordine interrogationum turbato. 6 De locis occultationis. 7 De interrogatione ex contrario, vel ex æquali. 8 Ne interrogetur vniuersale concessis particularib. 9 De interrogatione similitudinis, cùm non est aliquod nomen commune. 10 De interrogatione contrariorum. 11 Si extremum proponatur quasi rectè probatum & conclusum. 12 Si propositio paradoxo petatur responsio. 13 Si quis dicat contraria iis quæ probat, aut probare debet. 14 A distinctione. 15 Si argumentum imperfectum deseratur, & ad alia traducatur disputatio. 16 Vt argumenta ad aliud dirigantur. 17 De probatione propositionis acceptæ. 18 An conclusio sit interrogandæ & quomodo. 19 Epilogus.

1 Διαφέρει δ' οὐ μικρὸν, ἐὰν ταχθῇ πως τὰ πρὸς τὴν ἐρώτησιν πρὸς τὸ λανθάνειν, ὥσπερ ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς. ἐφεξῆς οὖν τοῖς εἰρημένοις, ταῦτα θρῶτον λεκτέον. ¶ Ἔστι δὲ πρὸς τὸ ἐλέγχειν ἓν μὲν, μῆκος. καλὸν γὰρ ἅμα πολλὰ συνορᾶν. εἰς δὲ τὸ μῆκος, τοῖς προειρημένοις σοιχείοις χρηστέον. ¶ Ἓν δὲ τάχος. ὑστερίζοντες γὰρ ἧττον προορῶσιν. ¶ Ἔτι δὲ ὀργὴ καὶ φιλονεικία. ταραττόμενοι γὰρ, ἧττον διώσαν τὰς φυλάττεσθαι πάντα. στοιχεῖα δὲ τῆς ὀργῆς, τό, τε φανερὸν ποιεῖν ἑαυτὸν βουλόμενον ἀδικεῖν, καὶ τὸ μὴ πάνυ ἀπαχωτεῖν. ¶ Ἔτι, τὸ σκαλλάξ τὰ ἐρωτήματα πιθέναι, ἐάν τε πρὸς αὐτὸ πλείους τις ἔχῃ λόγους, ἐάν τε καὶ ὅτι οὔτως, καὶ ὅτι οὐχ οὕτως. ἅμα γὰρ συμβαίνει, ἢ πρὸς πλείω, ἢ πρὸς τἀναντία ποιεῖσθαι τὴν φυλακήν. ¶ Ὅλως τε πάντα τὰ πρὸς τὴν κρύψιν λεχθέντα πρόσεστιν. χρήσιμα δὲ πρὸς τοὺς ἀγωνιστικοὺς λόγους. ἡ γὰρ κρύψις ὅτι τὸ λαθεῖν

1 QVoniam autem in collatione eorum, quæ interrogantur, non parum est momenti, vt possis (quemadmodum in dialecticis paulò antè diximus) celare conclusionem, propterea illis dictis, primum omnium de 2 his agendum est. ¶ Ac primùm ad reprehensionem plurimùm valet longitudo orationis, quan doquidem multa simul prouidere difficile est. Ad prolixitatem autem dictis elementis est vtendum. ¶ Tum etiam celeritas ad 3 hibenda. Nam qui aliquãto tardiores te festinantem sequi nõ possunt, minùs prouidere possunt quid dicant. ¶ Illud etiam iuuat plurimum, vt aduersarium ad iram & altercationem prouoces. Qui enim sunt 4 in perturbatione, minùs sunt cauti ad omnia. Iræ autem principia, si statim initio declares te iniustè velle agere.

¶ Alius locus est, perturbatè interrogationes collocare, siue ad rem multas rationes adhibeas, siue in vtramque partem argumenta adferas. Fit enim hac ratione, vt eodem tempore aduersario, aut multa aut etiam contraria sint cogitanda.

6 ¶ Atque vt rem in pauca conferam, omnes loci, quos ad celandam conclusionem suprà posuimus, sunt etiam ad disputationem contentiosam accommodati. Pertinet enim eò occultatio, vt lateas:

latere aũt vis, vt fallas. ¶ Quod autem attinet ad eos qui nihil admittere solent, quod ad rem facere existiment, illa nobis aduersus eos cautione vtendũ est, vt aut per negationem interrogemus, quasi contrariam partẽ velimus efficere: aut verò ex æquo vtramque partem interrogando complectamur. Quando enim non vident huiusmodi homines quid potissimùm tibi cõcedi velis, minùs difficiles ac perui sunt. ¶ Iã verò postquam alius tibi singulatim totius alicuius generis partes interrogãti, in singulis ita esse concessit, sæpe non est ipsum genus vniuersum interrogandũ, sed eo vt concesso vtendum. Interdum enim ipsi se putant dedisse: & auditoribus ita videtur: quia adhuc me minerunt inductionis paulò antè factæ, nec illas interrogationes frustrà fuisse existimãt. ¶ Et si quando generi vniuerso nomẽ non est impositum, ipsa vtẽdum est similitudine, prout cõmodum videbitur: nam sæpe similitudo obscurior est. ¶ Ad sumendam autem propositionem plurimum prodest, interrogando contrarium adiicere. Verbi gratia si velis tibi concedi, omnibus in rebus parentib. esse obtẽperandum: hunc in modum interrogabis: Quid? putásne parentibus esse parendũ in omnibus, an potiùs in omnibus repugnandũ? Aut verò si sæpius, parendũ esse sumere ab aduersario velis, sic interrogãdũ, vtrũ multa sint parentibus concedenda, an pauca? Hîc enim multò potius, (si modò parentibus obsequi necesse est) multa esse concedenda videbitur, quàm pauca. Contrariorũ enim compositio & collatio efficit, vt res maiores & magnæ hominibus videantur, itémque deteriores & meliores. ¶ Est porrò insignis & frequens, vt quis reprehensus videatur, sophistarum hæc impostura, si postquam nonnullas interroga-

λάειν τὸ δὲ λαθεῖν, τῆς ἀπάτης. 7
¶ Πρὸς δὲ τοὺς ἀναδύοντας ἀπ' 7
αὐ οἰκοῦσιν ἔχ) πρὸς τὸν λόγον,
ὀξ ἀποφάσεως ἐρωτητέον, ὡς τοὐ-
ναντίον βουλόμενον λαβεῖν, ἢ καὶ
ὀξ ἴσου ποιοῦντα τῷ ἐρωτῆσαι.
ἀδήλου γὰρ ὄντος τί βούλεται λα-
βεῖν, ἥττον δύσκολα ἴουσιν. ¶ Ὅταν 8
δ' ὅλη τῷ μερῶν τις διδῷ τὰ καθ'
ἕκαστον ἐπάγοντα τὸ καθόλου πολ-
λάκις, οὐκ ἐρωτητέον, ἀλλ' ὡς δε-
δομένῳ χρηστέον. ἐνίοτε γὰρ οἴονται
καὶ αὐτοὶ δεδωκέναι, καὶ τοῖς ἀ-
κούουσι φαίνονται, ὅτι τῷ τῆς ἐ-
παγωγῆς μυείαν, ὡς οὐκ αὖ ἠρωτη-
μένα μάτην. ¶ Ἐν ὅσοις τε ὀνόμα- 9
τι μὴ σημαίνεται τὸ καθόλου, ἀλ-
λὰ τῇ ὁμοιότητι χρηστέον πρὸς τὸ
συμφέρον. λανθάνει γὰρ ἡ ὁμοιότης
πολλάκις. ¶ Πρός τε τὸ λαβεῖν ἢ 10
πρόσθεσιν, τοιοῦτον φαίνεται
γὰρ συντίθεσθαι. ὥσ εἰ δέοι
λαβεῖν, ὅτι δεῖ πάντα τῷ παῖδι πεί-
θεσθαι, πότερον ἁπαντα δεῖ πείθε-
σθαι τοῖς γονεῦσιν, ἢ πάντ' ἀπει-
θεῖν; καὶ τὸ πολλάκις, πότερον πο
λὺ συγχωρητέον, ἢ ὀλίγα; μᾶλ-
λον γὰρ, εἴπερ ἀνάγκη, πολλὰ δόξειεν
ἂν εἶναι. ὥσπερ τὰ μείζω τῶν ἐλ-
ἐλαττόνων, καὶ μείζω, καὶ μεγάλα
φαίνεται, καὶ χείρω, τὰ βελτίω τῶν
ἀνθρώπων. ¶ Σφόδρα δὲ καὶ πολ- 11 12
λάκις δοκεῖν ἐληλέγχθαι ποιεῖ τὸ
μάλιστα σοφιστικὸν συνοφάντημα
τῷ ἐρωτῶντων, τὸ μηδὲν συλλογι-

σαμέ-

συμβούσις, μὴ ἐρώτημα ποιεῖν τὸ τελευταῖον, ἀλλὰ συμπερασικῶς εἰπεῖν ὡς συλλελογισμένους, οὐκ
12 ἄρα τὸ καὶ τό. ¶ Σοφιστικὸν δὲ καὶ τὸ, κειμένου ὡς δόξου, τὸ φαι-
12 νόμενον ἀξιοῦν ὑποκεῖνεθαι, ὡς προκειμένου τοῦ δοκοῦντος ἐξ ἀρχῆς, καὶ τῷ ἐρώτησιν τὴν τοιαύτην οὕτω ποιεῖθαι, πότερόν σοι δοκεῖ. ἀναγκαῖον γὰρ, ἂν ᾖ τὸ ἐρώτημα, ἐξ ὧν ὁ συλλογισμὸς, ἢ ἔλεγχον, ἢ φαῖνεσθαι δόξον γίνεσθαι, ἢ ἐλεγχοειδές. δόντος μὲν, ἔλεγχον· μὴ δόντος δὲ, μηδὲ δοκεῖν φάσκοντες, ἄδοξον· μὴ
13 δόντος δὲ, δοκεῖν δὲ ὁμολογοῦντος, ἐλεγχοειδές. ¶ Ἐπὶ καθάπερ ἐν τοῖς ῥητορικοῖς, καὶ ἐν τοῖς ἐλεγκτικοῖς ὁμοίως, τὰ ἐνθυμήματα θεωρητέον, ἢ πρὸς τὰ ὑφ' αὑτοῦ λεγόμενα, ἢ πρὸς οὓς ὁμολογεῖ καλῶς λέγειν ἢ φαίνεσθαι. Ἐπὶ πρὸς τοὺς δοκοῦντας τοιούτους, ἢ πρὸς τοὺς ὁμοίους, ἢ πρὸς τοὺς πλεί-
14 στους, ἢ πρὸς τοὺς πάντας. ¶ Ὡς δὲ καὶ ὑποκειμένου πολλάκις, ὅταν ἐλέγχωνται, ποιοῦσί δίττον, ἐὰν μέλλει συμβαίνειν ἐλέγχεσθαι· δεῖ ἐρωτῶντας χρηστέον ποτὲ τούτῳ πρὸς τοὺς ἐνίσταμένους, ἐὰν ὠδὶ μὴ συμβαίνῃ, ὡδὶ δὲ μὴ, ὅτι οὕτως εἴ-
15 ληφεν. οἷον καὶ ὁ Κλεοφῶν ποιεῖ ἐν τῷ Μανδροβούλῳ. ¶ Δεῖ δὲ καὶ ἀφισταμένους τὸ λόγου, τὰ λοιπὰ τῷ διηγεισθαι ἐπιτέμνειν, ὃ ὑποκειμένου (ὅταν προσδοκᾶται) προεπίστασθαι δεῖ καὶ προορᾶν.

tiones proposueris, licèt ex iis nil possis necessariò conficere, ad extremum non interrogãdo sed concludendo, sicut in ratiocinatione. dicas, non igitur hoc
12 & hoc. ¶ Est etiam hoc sophisti cum, proposito paradoxo petere quid de eo respondenti videatur, vbi id est probabile, quod à principio in quæstione est positũ, de eóque interrogationẽ sic instituere: Vtrum tibi videtur? Necesse enim est, si talis sit interrogatio, vt ex ea ratiocinatio possit confici, inde nasci aut reprehensionem, aut paradoxum aliquod: reprehensionem quidem, si admittat: paradoxũ autem, si nõ admittat, dicátque sibi non ita videri: at si non concedat, videri tamen sibi fateatur,
13 elenchi quædam similitudo exi stet. ¶ Amplius, vt in rethoricis sic in reprehensionibus diligenter videndum est, num vlla sit repugnantia aut iis quæ dicta sunt, aut eorum sententiæ, quorum orationem & actiones maximè probet & sequatur is qui respondet: adde etiam quæ aduersentur opinioni eorum, qui reuera tales, hoc est sapientes sunt, aut verò eorum qui tales videntur, horúmque aut pluri-
14 morum aut omnium. ¶ Iam autem sicut respondentes cùm vrgẽtur, & vident se elabi vix posse quin redarguantur, distinctionem aliquam comminiscuntur, vt per eam possint euadere: ita etiam interrogantibus aliquando faciendum, maximè aduersus eos, qui fortiter resistunt: vt si quid vno modo verũ sit altero non verũ, tum dicant illo modo se ac
15 cepisse, nõ autẽ hoc. Qualiter fecit Cleophon in Mandrobulo. ¶ Oportet etiã traducta disputatione ad alia, quæ reliqua erãt argumenta præcidere. Quo in loco hæ erunt partes respondentis, vt si præsentiat id velle aduersarium, iam antè illi occurrat & hoc prædicat.

¶ Interdum etiam ad aliud sunt argumẽta dirigenda, sed illud ita accipiendum est, si modò nil habeas quod contra rẽ propositam obiicere possis. Quo præsidio vsus est Lycophron, cùm iussus esset laudare lyram. ¶ Quod verò attinet ad eos qui propositionem sumptam probari postulant: quoniam æquum videtur, vt subiecta probatione illius reddas rationem, acceptis quibusdam, tutius erit, quod sit vniuersim in reprehensionibus, dicere per contradictionẽ, quod affirmatum est negari, aut quod negatum est, affirmari. At non quòd contrariorum eadem sit disciplina, aut non sit. ¶ Neque verò propositionis in modũ interroganda est conclusio: & quę dã sunt, quæ ne interrogari quidem debent, sed vt perspicua, & ab omnibus recepta sumi. ¶ Ac de locis quidem vnde eruuntur argumenta in contentiosis disputationibus, & de ratione interrogandi hactenus.

¶ Ἐπιχειρητέον δὲ ἐνίοτε καὶ πρὸς ἄλλο τὸ εἰρημένου, ἐκεῖνο λαμβάνοντας, ἐὰν μὴ πρὸς τὸ προκείμενον ἔχῃ τις ὅπηχειρεῖν, ὅπερ ὁ Λυκόφρων ἐποίησε, προβληθὲν τοῦ λύραν ἐγκωμιάζειν. ¶ Πρὸς δὲ τοὺς ἀπαιτοῦντας πρὸς τὴν ὑπόθεσιν ἐπιχειρεῖν, ἐπειδὴ δοκεῖ δεῖν ἀποδιδόναι τὴν αἰτίαν, λεχθέντων δύο ἐνίων φυλακτέον τὸ τὸ καθόλου συμβαῖνον, ἐν τοῖς ἐλέγχοις λέγειν τῷ ἀντιφάσιν, ὅτι ἔφησεν ἀποφῆσαι, ἢ ὃ, τι ἀπέφησε φῆσαι. ἀλλὰ μὴ ὅτι τῆς ἐναντίων ἡ αὐτὴ ἐπιστήμη, ἢ οὐχ ὡς ἡ αὐτή. ¶ Οὐ δεῖ δὲ τὸ συμπέρασμα πρότασιν ἐρωτᾶν, ἵνα δὲ οὐδὲ ἐρωτητέον, ἀλλ' ὡς ὁμολογουμένοις χρηστέον. ¶ Ἐξ ὧν μὲν οὖν αἱ ἐρωτήσεις, καὶ πῶς ἐρωτητέον ἐν ταῖς ἀγωνιστικαῖς διαλήψεσιν, εἴρηται.

16 17 18 19

ARISTO-

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΠΕΡΙ ΣΟΦΙΣΤΙΚΩΝ
ΕΛΕΓΧΩΝ ΤΟ Α.

ARISTOTELIS
DE REPREHENSIONIBVS SOPHISTICIS,
LIBER II.

De vtilitate huius tractatus, ac de ratione respondendi, CAP. I.

ΠΕΡΙ δὲ ἀποκρίσεως, καὶ πῶς δεῖ λύειν, ἢ τί, ἢ πρὸς πόσα χρήσιμα τὴν λόγων οἱ τοιοῦτοι ὠφέλιμοι, μετὰ ταῦτα λεκτέον. Χρήσιμοι μὲν οὖν εἰσι πρὸς φιλοσοφίαν, διὰ δύο. πρῶτον μὲν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γινόμενοι ἀναγκάζειν λέξιν, ἀμείνονα ἔχειν ποιοῦσι πρὸς τὸ ποσαχῶς ἔκαστον λέγεται, καὶ ποῖα ὁμοίως, καὶ ποῖα ἕτερος ἐπὶ τῷ πράγματων συμβαίνῃ, καὶ ἐπὶ τῷ ὀνομάτων. Δεύτερον δὲ, πρὸς τὰς καθ' ἑαυτὸν ζητήσεις. ὁ γὰρ ὑφ' ἑτέρου ῥᾳδίως ἀναλογιζόμενος, καὶ τοῦτο μὴ αἰσθανόμενος, κἂν αὐτὸς ὑφ' αὑτῷ τοῦτο πάθοι πολλάκις. ἔστιν δὲ καὶ τὸ λοιπὸν ἔτι, πρὸς δόξαν, τρίτον παρὰ ταῦτα ὠφελιμαθαι δοκεῖν, καὶ μηδενὸς ἀπείρως ἔχειν. τὸ δὲ κοινωνοῦντα

SEQVITVR nũc, vt de respõsione agamus, déque modo dissoluendi & quid soluendũ sit, atque quem ad vsum valeant sermones eiusmodi. Valent autem ad philosophiam, idque duabus de causis. Priore quidem, quia cùm maxima pars istarum captionum ex verbis ducatur, hoc nobis præstat earum cõsideratio, vt verborum ambiguitatem faciliùs animaduertamus: & vt quæ sint ea, in quibus rerum similitudo cum nominũ similitudine conueniat, quæque illa in quibus verborum similitudinem res non imitantur, intelligamus. Altera ad res apud nos considerandas & meditandas. Nam qui facilè ab altero captiosa ratione decipitur, neque id percipit, idẽ si per se aliquid consideret, frequenter se ipse fallaci conclusione impediet. Est autem & tertia præter illas duas, vtilitas ad gloriam consequendam: nempe quod hinc fiat, vt videare omnibus in rebus exercitatus, & nullius esse imperitus. Qui enim cum altero ser-

monẽ confert, eiúsque quicum disputat, rationes aspernatur ac vituperat, cùm vitium ipse indicare non possit, suspicionem is præbet, difficilem se & iniquum alteri præstare non propter veritatẽ, sed propter imperitiam. Quomodo autem respondens huiusmodi captionibus occurrere debeat, minimo negotio perspici potest: siquidem omnes locos, vnde fallaces conclusiones eruuntur, suprà rectè exposuimus, etsi omnia commẽta, omnes fraudes, quas interrogãdo solent adhibere sophistæ, satis explicatè docuimus. Neque verò illem est sumpta aliqua captione, illius vim perspicere, & vitium vbi sit indicare, quod celeriter posse ei occurrere, qui te interogat. Sæpe enim accidit, vt qd scimus, mutatis & traiectis verbis ignoremus. Porrò quẽad modũ aliis in rebus omnib. celeritas & tarditas tota pẽdet ab exercitatione, ita plane in disputationibus vsuuenit. Vnde efficitur, vt tametsi res nobis cognita sit, sæpe tamen quia desit meditatio, exercitatióque expedire nos in tempore & vt decet non possimus. Sanè idem hîc propemodum euenit, quod in mathematicorum descriptionibus. Sicut enim plerunque in conficiendis demonstrationibus accidit, vt postquam dissoluta res est, & ad sua principia reuocata, componere eam rursus non possimus: ita in reprehensionibus vsuuenit, vt sciamus quidem vnde ducatur captio, eam tamen in partes dirigere non valeamus.

λόγων, ψέγειν λόγοις, μηθὲν ἔχοντα διορίζειν περὶ τῆς φαυλότητος αὐτῷ, ὑποψίαν δίδωσι τῷ δοκεῖν δυσχεραίνειν, οὐ δι' ἀπειρίαν. ὅπως δὲ χρὴ τοῖς τοιούτοις λόγοις φαίνεσθαι, εἴπερ ὀρθῶς εἰρήκαμεν πρότερον, ἐξ ὧν εἰσὶν οἱ παραλογισμοὶ, καὶ τὰς ἐν τῷ πυνθάνεσθαι πλεονεξίας ἱκανῶς διείλομεν. οὐ ταυτὸν δέ ἐστι λαβόντα τὸν λόγον ἰδεῖν, καὶ λύσαι τὴν μοχθηρίαν, καὶ ἐρωτώμενον ἀπαντᾶν δι' αὑτοῦ ταχέως. ὁ γὰρ ἴσμεν, πολλάκις μεταπεσόμενον ἀγνοοῦμεν. ἔτι δὲ ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις, τὸ ῥᾴδιον καὶ βραδύτερον ἐκ τοῦ γεγυμνάσθαι γίνεται μᾶλλον, οὕτω καὶ ὅλη τῆς λόγων ἔχει. ὥστε αὐ δῆλον μὲν ἡμῖν ἦ, ἀμελέτητοι δι' ὄμμα, ὑστεροῦμεν τῆς καιρῶν πολλάκις. συμβαίνει δέ ποτε καθάπερ ἐν τοῖς διαγράμμασι. ἃ γὰρ εἰκεῖ ἀναλύσαντες, ἐνίοτε συνθεῖναι πάλιν ἀδυνατοῦμεν, οὕτω καὶ ἐν τοῖς ἐλέγχοις. εἰδότες γὰρ παρ' ὁ λόγος συμβαίνει, συνείραι τὸν λόγον ὐκ ἐσχύομεν.

συν. διαλυσαι.

De solutione apparenti, CAP. II.

AC primùm quidem sicut dicimus, probabiles rationes veris nonnunquã esse anteponendas, ita in respondẽdo interdum ad opinionem potiùs quàm ad veritatẽ cõferẽdæ sunt argumentorũ dissolutiones. Nã

ΠΡῶτον μὲν οὖν ὥσπερ συλλογίζεσθαι φαμὲν ἐνδόξως ποτὲ, μᾶλλον ἢ ἀληθῶς προαιρεῖσθαι δεῖν, ὥστε καὶ λυτέον ἐνδόξως ποτὲ μᾶλλον, ἢ κατὰ τάληθές. ὅλως γὰρ

πρὸς

πρὸς τοὺς ἐριστικοὺς μαχητέον, οὐχ ὡς ἐλέγχοντας, ἀλλ' ὡς φαινομένοις ἐλέγχειν. οὐ γὰρ φαμὲν συλλογίζεσθαί γε αὐτοὺς, ὡς τε πρὸς τὸ μὴ δοκεῖν διορθωτέον. Εἰ γάρ ἐστιν ὁ ἔλεγχος ἀπόφασις μὴ ὁμώνυμος ἔκ τινων, οὐδὲν ἂν δέοι διαρρεῖσθαι πρὸς τὰ μὴ ἀμφίβολα καὶ τῷ ὁμωνυμίαν ἀγαθὸ ποιεῖ συλλογισμόν. ἀλλ' οὐδενὸς ἄλλου χάριν πρόσκειται, ἀλλ' ἢ ὅτι τὸ συμπέρασμα φαίνεται ἐλεγχόμενος. οὐκ οὖν ἐλεγχθῆναι, ἀλλὰ τὸ δοκεῖν δεῖ λαβεῖν. ἐπεὶ τό γε ἐρωτᾶν ἀμφίβολα, καὶ τὰ πρὸς τῷ ὁμωνυμίαν, ὅσα τε ἄλλα τοιαῦτα πρὸς κρίσεις, καὶ τὸν ἀληθινὸν ἔλεγχον ἀφανίζει, καὶ τὸν ἔλεγχόμενον καὶ μὴ ἐλεγχόμενον, ἄδηλον ποιεῖ. ἐπεὶ δ' ἔξεστιν ἐν τῷ τέλει συμπέρασμα, μὴ ὅπερ ἔφησεν, ἀποφῆσαι λέγειν, ἀλλ' ὁμωνύμως ἢ ἀμφιβόλως, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα ἔτυχεν ὂν ταὐτὸν φέρον, ἄδηλον εἰ ἐλήλεγκται. ἄδηλον γὰρ, εἰ ἀληθῆ λέγει νῦν. εἰ δὲ διελὼν εἴρετο τὸ ὁμώνυμον, ἢ τὸ ἀμφίβολον, οὐκ ἂν ἄδηλος εἴη ὁ ἔλεγχος, ὅτ' ὀπτέον τοῦτο νῦν μᾶλλον ἢ τότε, πρότερον ἢ μᾶλλον οἱ ἐριστικοὶ τὸ ναὶ, ἢ οὔ, ἀποκρίνεσθαι τὸν ἐρωτώμενον, ἐγίνετ' ἄν. νῦν δὲ δι' ἃ τὸ μὴ καλῶς ἐρωτᾶν τοὺς πυνθανομένους, ἀνάγκη προστιθέναι τι, διορθοῦντα τῷ μηχανήματι τῆς ἐρωτήσεως. ἐπεὶ διελόμενός γε ἱκανῶς, ἀνάγκη

cũ hominibus contentiosis planè nobis pugnandum est, quasi cum iis, qui videantur redargue re, etiam si non redarguant. Si quidem non dicimus eos ratiocinari. Ideóque dabimus operam ne redarguisse videantur. Etenim si reprehẽsio est ex qui busdam contradictio, sine vlla homonymia, nulla certè distinctione opus est ad ambiguitatem & homonymiam: quandoquidem in hac nulla ratiocinatio efficitur. Sed hac tantùm ratione vtimur distinctione, quòd conclusio, redargutionis speciẽ quandã præ se ferat. Nobis igitur cauendum non est, ne redarguamur, sed ne redargui videamur: quandoquidem interrogationes multiplices & ambiguæ, & huius generis aliæ captiones, veram reprehensionem obscurant, & sitne tandem conuictus aliquis, an non, incertum reddunt. Quia enim hîc ad extremũ facta conclusione licet dicere nõ negari id ipsum quod dictũ est, sed homonymως vel ambiguè, etiamsi quam maximè fieri potuit, ad id ipsum, quod dixeras, pertinuerit argumentatio, tum latere reprehensionem necesse est: quòd incertum sit verum ne sit quod dicitur an non. Quod si adhibita antè multiplicis verbi, aut ambiguæ orationis distinctione, tum interrogaret, ad extremum profectò ipsa redargutio non lateret: atque etiam aliud fieret, quod his quidẽ temporibus postulari minùs solet, superioribus autem exigi se

dulò solebat, nempe vt respondens ad interrogatum, aut etiam, aut non, & nil ampliùs responderet. At his temporibus propter vitiosam, qua omnes ferè vtuntur, interrogandi rationem, necesse est, vt qui respondent, aliquid amplius addant, quo vitium interrogationis corrigant. Nã distinctione aptè adhibita, necesse esset

ita aut non, respondere. Porrò autem si quis veram esse reprehensionem existimet, qua sub multiplici nomine aliquid concluditur, is nullam respondenti rationem relinquet, qua reprehensionem effugiat: cùm præsertim in iis etiam, quæ sub oculos subiecta sunt, necesse aliquando sit, quantum quidem ad nomen attinet, quod affirmaueris negare, & quod negaueris affirmare. Nam quod iis captionibus dissoluendis, & quasi emendandis, adferre solent aliqui, nil planè adiuuat. Aiunt enim nō esse Coriscum musicum & non musicū, sed hunc quidem Coriscum esse musicum, illum verò Coriscum esse non musicum. Eadem enim erit oratio, qua Coriscū & qua hunc Coriscum dicunt: quod illi simul affirmant & negant. At non idem fortasse significat, quādo ne nomē quidem, idem semper significet. Quare ad hanc captionem eludendam, nil omnino illud habet momenti. Quod si quis vim captionis in eo ponat, quòd hic quidem absolutè Coriscum hoc quoque dixerit, ille autem, aliquem, aut hunc, absurdum erit. Nihil enim causæ est cur hoc potius quàm illud: si quidē vtrolibet modo dicatur, nihil refert. At verò quoniā qui non distinxit ambiguitatem, efficit, vt ad extremum auditorib. dubium sit, an sit conuictus, an non: cùm præsertim concessum sit, in medio cursu disputationis multiplex distinguere, si quod subsit: hinc profectò planū est culpa cū non carere, qui multiplicē interrogationē simpliciter & citra vllā distinctionē admittit. Hinc. n. efficitur, vt si minùs ipse reprehēsus sit, at certè illius oratio reprehēsa esse videatur. Fit aūt plerūque, vt qui ambiguitatē perspiciūt, cā tamē distinguere propterea minùs curent, quòd frequenter huius generis interrogationes ab aduersario proponātur: ne scilicet videātur se ad omnia molestos & iniquos aduersario præbere: aut certè quia nō exi-

καὶ ἢ ναί, ἢ οὔ, λέγειν τὸν ἀποκεκινόμβον. εἰ δέ τις ἐπολήψεται τὸν κῆ τλῶ ὁμωνυμίαν ἐλεγχον εἶ, ζόπτιν τινὰ οὐκ ἔσαι ἐκφυγεῖν τὸ ἐλέγχεσθαι τὸν ἀποκεινόμβον. ὅπὶ δὲ τῆ ὁρατῶν, αἰαγκαῖον ἔφησεν ἀποφῆσαι ὄνομα, καὶ ὃ ἀπέφησε, φῆσαι. ὡς δὲ διορθωτέον τινες, εἰδὲν ὄφελος. οὐ γὰρ Κορίσκον φασὶν εἶ μουσικὸν καὶ ἀμουσον, ἀλλὰ τὸν τὸν Κορίσκον μουσικὸν, καὶ τὸν τὸν Κορίσκον ἀμουσον. ὁ γὰρ αὐτὸς ἔσαι λόγος τὸ, τὸν Κορίσκον, τοῦ τὸν τὸν Κορισκὸν, μουσικὸν εἶ, ὅπερ ἅμα φάσονται καὶ ἀποφήσουσιν. ἀλλ' ἴσως οὐ ταυτὸν σημαίνει. οὐδὲ γὰρ οἰκεῖον τεύχμα, ὡς τε οὐδέν τι διαφέρει. εἰ δὲ τῆ μὴ, τὸ ἁπλῶς λέγειν ἀποδώσει, τῆ δὲ, πως ἀποδώσει τὸ πνά, ἢ τόνδε, ἀπορον. οὐδὲν γὰρ μᾶλλον θατέρῳ ἀποτέρῳ γὰρ οὐδὲν διαφέρει. οὐ μὴν ἀλλ' ἐπειδὴ ἀδηλος μᾶλ ἔζτιν ὁ μὴ διορισάμβος ἢ ἀμφιβολίαν πότερον ἐλήλεγκται, ἢ οὐκ ἐλήλεγκται. δέδοται γὰρ ἐν τοῖς λόγοις τὸ διελεῖν, φανερὸν ὅτι τὸ μὴ διορίσαντα δοῦναι τῶ ἐρώτησιν, ἀλλὰ ἁπλῶς ἁμάρτημά ἔζτιν. ὡς τε καὶ εἰ μὴ αὐτὸς, ἀλλ' ὅτε λόγος ἐλήλεγμένω ὁμοιός ἔζτι. συμβαίνει μᾶλτοι πολλάκις ὁρῶντας τῶ ἀμφιβολίαν, ὀκνεῖν διαιρεῖσθαι διὰ τ πυκνότητα τῆ τοιαύτα ἐρωτήσεων, ὅπως μὴ ἐως ἀπαν δοκῶσι δυσπολαίνειν, εἶτ οὐκ ἂν οἰηθεῖν

τωιν

περὶ δι-
ξεω

των φῶμα τοῦτο ηγήσεται τὸν λόγον. πολλάκις γὰρ ἀπιώτησε φῶμα δόξον. ὥστε ἐπεὶ δίδοται διαιρεῖν, μὴ ἀκριτέον, καθάπερ ἐλέχθη πρότερον. εἰ δὲ τὰ δύο ἐρωτήματα μὴ ἓν τις ποιεῖ ἐρώτημα, ὅσοι αὖ ὁ παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν καὶ ἀμφιβολίαν ἐγίνετο φῶμα λογισμός, ἀλλ' ἢ ἔλεγχος ἢ οὐ. τί γὰρ διαφέρει ἐρωτῆσαι, εἰ Καλλίας μὴ & Θεμιστοκλῆς μουσικοί εἰσιν, ἢ εἰ ἀμφότερος ἓν ὄνομα ἑῷ ἕτερος οὖσιν; εἰ γὰρ πλείω δηλοῖ ἑνός, πλείω ἠρώτησεν. εἰ οὖν μὴ ὀρθὸν πρὸς δύο ἐρωτήσεις μίαν ἀπόκρισιν ἀξιοῦν λαμβάνειν ἁπλῶς, φανερὸν ὅτι οὐδενὶ προσήκει τῷ ὁμωνύμων ἀποκρίνεσθαι ἁπλῶς, οὐδ' εἰ κ' πάντων ἀληθῆς, ὥσπερ ἀξιοῦσί τινες. οὐδὲν γὰρ τοῦτο διαφέρει, ἢ εἰ ἐρωτο Κορίσκος καὶ Καλλίας, πότερον οἰκοί εἰσιν ἢ οὐκ οἰκοί, εἶτα παρόντων ἀμφοῖν, εἶτα μὴ παρόντων. ἀμφοτέρως γὰρ πλείους ἀποστάσεις. οὐ γὰρ εἰ ἀληθὲς εἰπεῖν, διὰ τοῦτο μία ἡ ἐρώτησις. ἐγχωρεῖ γὰρ καὶ μυεία ἕτερα ἐρωτηθέντα ἐρωτήματα, ἅπαντα ναί, ἢ οὔ, ἀληθῆ εἶναι λέγειν. ἀλλ' ὅμως οὐκ ἀποκριτέον μιᾷ ἀποκρίσει. ἀναρείται γὰρ τὸ διαλέγεσθαι. τοῦτο δ' ὅμοιον, ὡς εἰ καὶ τὸ αὐτὸ ὄνομα τιθείη τοῖς ἑτέροις. εἰ οὖν μὴ δεῖ πρὸς δύο ἐρωτήσεις μίαν ἀπόκρισιν διδόναι, φανερὸν ὅτι οὐδὲ ὅτι τῷ ὁμωνύμων

stimant ex eo posse disputationem existere. Sæpe autem ex eo paradoxum quoddam occurrit. Itaque quoniam licet distinguere, in eo haud cunctandũ est, quemadmodum paulò antè diximus. Vt verò duæ interrogationes pro vna acciperentur, nũquam ex homonymia & ambiguitate orationis, paralogismus existeret, sed aut reprehensio aut nihil. Quid enim interest, sub duobus nominibus diuersis hoc modo interroges, sintne Callias & Themistocles musici, an sub vno nomine rebus diuersis communi? Nam si plura nomẽ significet, qui eo in interrogando vtitur, pluta interroget, non vnum, necesse est. Si igitur haud rectè is facit, qui ad duas interrogationes vnam poscit simplicémque responsionem, dubium profectò esse non potest, quin ad multiplicem interrogationem, nunquam oporteat simplicem dare responsionem: ne si verum quidẽ sit in omnibus id quod multipliciter dicitur, quemadmodum aliqui existimant. Illud enim idem valet, ac si interrogaretur, vtrum domi sint, an non sint, Callias & Coriscus: qui siue ambo sint domi, siue nõ sint, non minus fiunt vtroque modo plures propositiones. Neque enim par est vnã propterea fieri interrogationem, quòd vtrumque verum: quandoquidẽ vsuenire possit, vt vel sexcẽtas huius generis interrogationes cõiungas, ad quas omnes verũ sit dicere etiã aut non: verũtamen nõ est ad illas omnes vna dãda responsio, quippe cùm id aliud nihil sit, quàm disputationis leges tollere & omnẽ differẽdi rationẽ euertere. Perinde.n.id est, ac si multis reb diuersis vnũ nomẽ esset impositũ. Vt igitur adduas interrogationes nõ est dãda vna responsio, ita ad interrogatũ multiplex nunquã est simpliciter

dicendũ,autetiã,aut nõ.Nã q id fecerit, is dixerit quidẽ aliquid: at certè non resonderit. In disputationibus tamẽ quodammodo id ꝓbari solet, quia quid inde sequatur,incertum sit. Quẽadmodum igitur(quod etiã nos paulò antè diximus) reprehensiones quædam videntur, quæ non sunt,ita solutiones nonnullæ,in speciem modò,non etiam veræ solutiones erunt: quas scilicet diximus interdum potius adhibendas esse, quàm veras, in disputatione cõtentiosa,& cùm occurrere volumus interrogatis multiplicibus.

τὸ ναί, ἢ οὔ, λεκτέον. οὐδὲ γὰρ ὁ εἰπὼν ὑποκείσεται, ἀλλ' εἴρηκεν. ἀλλ' ἀξιοῦσί τινες πως ἐν τοῖς ἀγωνιζομένοις, ὅμοιόν τι τὸ λανθάνειν τὸ συμβαῖνον. ὥσπερ οὖν εἴπομεν, ἐπεισιόντων οὐχ ἕλκυστικοί τινες ὄντες δοκοῦσιν εἶναι, καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ λύσεις δόξουσιν εἶναι οὐκ οὖσαι λύσεις, ἃς δή φαμεν ἐνίοτε μᾶλλον δεῖν φέρειν, ἢ τὰς ἀληθεῖς ἐν τοῖς ἀγωνιστικοῖς λόγοις, ἐπὶ τῇ πρὸς τὸ πλῆθος ἀπαντήσει.

De eodem varia præcepta,
Cap. III.

POrrò autem in respondendo ad ea quæ vera nobis esse videbuntur, dicendum,Esto. Sic enim illa captio exorietur. Quòd si cogere nos velit admirabile aliquid dicere, tum maximè vti debemus verbo,videri. Hac enim ratione fiet, vt nec reprehensio, nec admirabilis conclusio confecta esse videatur. Iam verò cùm perspicuum illud sit,quomodo fiat petitio principij, omnes existimant, respondenti negandum esse quidquid proximè ad id accedit de quo quæritur, nec vllam ex eo genere interrogationem esse admittendam, quasi etiam hoc modo principium petatur. Cùm verò tale aliquid sibi concedi postulat alius, quod incredibile quidem, aut falsum sit, ex re tamen proposita consequatur,idem est dicẽdum.Nam quæ necessariò ex proposito consequuntur, pro ipso proposito sunt habenda. Præterea quando genus vniuersum sub nomine proprio non est sumptum, sed per similitudinem, dicendum est, non rectè eum accipere, quando non ita sumit, quemadmodum

Ἀποκριτέον δὲ, ὅτι μὲν τῷ δοκοῦντι, τὸ ἔστω λέγοντα. καὶ γὰρ οὕτως ἥκιστα ῥᾳδίως αὖ παρεξέλεγχος. ἂν δέ τι φαίνηται δόξαν ἀναγκάζηται λέγειν, ἐνταῦθα μάλιστα πρὸς ἀπάτην τὸ δοκεῖν. οὕτω γὰρ οὔτε ἔλεγχος, οὔτε παράδοξον ἂν γένεσθαι δόξειεν. ἐπεὶ δὲ πῶς αἰτεῖται τὸ ἐν ἀρχῇ, δῆλον· οἰόνται δὲ πάντες, ἂν ἡ συλλογιστικὴ, ἀναιρετέον, καὶ μὴ συγχωρητέον εἶναι, ὡς τὸ ἐν ἀρχῇ αἰτοῦντος· ὅταν ᾖ τοιοῦτον ἀξιοῖ τις, ὃ ἀναγκαῖον μὲν συμβαίνειν ὂν τῷ θέσει, ἢ δὲ φύσει δόξαν, ταυτὸ λεκτέον. τὰ γὰρ ἐξ ἀνάγκης συμβαίνοντα, τῆς αὐτῆς εἶναι θέσεως δοκεῖ. Ἔτι ὅταν τὸ καθόλου μὴ ὀνόματι ληφθῇ, ἀλλὰ σημαινόμενῃ, λεκτέον ὅτι οὐχ ὡς ἐδόθη, οὐδὲ ὡς

προῦπι-

προσῦτενε λαμβάνει. καὶ γὰρ παρὰ τὸ γίνε) πολλάκις ἔλεγχος. ὀξειρρόμβους δὲ τούτων δεῖ τὸ μὴ καλῶς δεδεῖχθαι προσῦτέον, ἀπαντῶντα κατὰ τὸν εἰρημένον διορισμόν. ἐν μὲν οὖν τοῖς κυρίως λεγομένοις ὀνόμασιν, ἀναγκαῖον κεῖσθαι, ἢ ἁπλῶς, ἢ διαιρούμενον. ἃ δὲ συμ ὑπονοοῦντες τιθέμεν, οἷον ὅσα μὴ σαφῶς, ἀλλὰ κολοβῶς ἐρωτᾶται, ὧδε ἀναπληροῦν. τοῦτο συμβαίνει ὁ συλλογισμός. οἷον ἆρα ὁ αὐλὸς ἀθηναῖον, κτῆμα ἐστὶν ἀθηναίων; ναί. ὁμοίως δὲ καὶ ὅτι τῷ ἄλλων. ἀλλὰ μὴν ὁ ἀνδρόπους ἐστὶ τῷ ζώων; ναί. κτῆμα ἆρα ὁ ἀνδρόπους τῷ ζώων. τὸν γὰρ ἄνθρωπον τῷ ζώων εἶναι λεγόμενον, ὅτι ζῶν ὄξι. καὶ Λύσανδρον τῷ Λακώνων, ὅτι Λάκων. δῆλον οὖν ὡς ἐν οἷς ἀσαφὲς τὸ προτεινόμενον, οὐ συγχωρητέον ἁπλῶς. ὅταν δὲ δυοῖν ὄντοιν. θατέρου μὲν ὄντος, ἐξ ἀνάγκης θατέρου εἶναι δοκῇ, θατέρου δέ, τοῦτο μὴ ἐξ ἀνάγκης ἐρωτώμενον πότερον, δεῖ τὸ ἔλαττον διδόναι. χαλεπώτερον γὰρ συλλογίσασθαι ἐκ πλειόνων. ἐὰν δὲ ὁπότερ' οὖν χαίρῃ ὅτι τοὐναντίον ὄξιν ἐναντίον, τῷ δὲ οὐκ ἔστιν, ἐὰν ὁ λόγος ἀληθὴς ᾖ, ἐναντίον φαῦλα, ὄνομα δὲ μὴ κεῖσθαι τὸ ἑτέρου. ἐπεὶ δ' ἔνια μὲν ὧν λέγουσιν οἱ πολλοὶ, τὰ μὲν συγχωρεῖσθαι ἄν φαῖεν, ἔνια δὲ οὔ, οἷον ὅσα ἀμφισβητοῦσι (πρὸ-

conceſſum eſt, nec quo modo interrogando ſumebatur. Hinc enim plerumque naſcitur reprehenſio. Quòd ſi inde excluſus ſis, proximum eſt vt recurras ad id, non rectè rem eſſe demonſtratam. Hoc verò faciendum ſecundum eam determinationem quæ dicta eſt. Ac in iis nominibus quæ propriè dicuntur, neceſſe eſt, vt aut ſimpliciter reſpondeas, aut adhibita diſtinctione. Quæ verò ſuppreſſis quibuſdã, qualia ſunt quæ non apertè, ſed truncatim & imperfecta locutione interrogãtur, ea maximè dant reprehenſioni occaſionem. Exempli gratia: Nónne quod eſt Athenienſium, id eſt eorũ poſſeſſio? certè: nec diſſimilis eſt in aliis ratio. At enim nónne homo animalium eſt? certè. Eſt igitur homo animalium poſſeſſio. Sanè hominẽ dicimus eſſe animalium quia ſit animal, & Lyſandrum Lacædemoniorum, quia Lacędemonius ſit. Conſtat igitur, vbi obſcurum eſt quod proponitur, non eſſe ſimpliciter cõcedẽdum. Quando verò ſic ſunt affecta duo inter ſe, vt vno poſito, alterum eſſe neceſſe ſit, nec contrà, ſi hoc ſit illud eſſe oportet: videndum eſt ei, qui reſpondet, vt cùm rogabitur, vtrum eorum eſſe putet, illud potius ponat, quod minus latè patet. Nam ex pluribus difficilius eſt aliquid ratiocinatione concludere. Quod ſi argumentetur huic quidem eſſe aliquid contrarium, illi non eſſe, & ſi vera ſit ratio, nos tamen contrà aliquid illi eſſe contrarium dicere debemus, ſed nullũ eſſe illi nomẽ impoſitum. Sunt autem ex iis, quæ vulgò feruntur, quædam quæ ſi non cõcedas, falſum dicere videbere: alia verò, quæ vt non admittas, falli tamẽ te nemo putabit: cuius generis ſunt dubiæ, & in vtranque partem probabiles ſententiæ. Nam

sit mortalis an immortalis animantium anima, non est apud vulgus constitutum. In quibus igitur manifestum non est, vtrum potius asserendum sit eorum, quæ alius interrogat, cuiusmodi sunt, quæ sententiæ appellantur (nam & veræ de singulis rebus opiniones, & vniuersæ negationes, vt diameter non est comparabilis cum latere, sententiarum nomine appellari solent) & præterea ea in quibus vera ex æquo pars vtraque esse videtur: in illis inquam vtriusque generis interrogationibus, si respondendo verba transferantur, id maximè latebit. Nam quia in his incertum est quid verum sit, sophisticè nil agere videbimur, & quia vtrãque in partem ex æquo videntur, falli nos nemo existimabit. Translatio autem efficiet, vt oratio reprehendi non possit. Iam verò quascumque interrogationes præsenseris, illæ tibi sunt anteuertendæ, & multò antè oratione refutandæ. Ista enim ratione aduersarium tuum maximè impedies, ne ad extremum quod vult efficiat.

τερον γὰρ φθαρτὴ ἢ ἄφθαρτος ἡ ψυχὴ τῶν ζώων, οὐ διώρισται τοῖς πολλοῖς) ἐν οἷς οὖν οὐ δῆλον πότερος εἰώθε λέγεσθαι τὸ προτεινόμενον πότερον, ὡς αἱ γνῶμαι (καλοῦσι γὰρ γνώμας, καὶ τὰς ἀληθεῖς δόξας, καὶ τὰς ὅλας ἀποφάσεις, ὡς ἡ διάμετρος ἀσύμμετρος) ἐν οὔτ' ἀληθὲς ἀμφισβητεῖται μάλιστα, μεταφέρων ἂν τις λανθάνοι τὰ ὀνόματα περὶ τούτων. δῆλα μὲν γὰρ τὸ ἀδηλον ἔσται, ποτέρως ἔχει τὸ ἀληθὲς, οὐ δόξει σοφίζεσθαι. δῆλα δὲ τὸ ἀμφίδοξον, οὐ δόξει ψεύδεσθαι. ἡ δὲ μεταφορὰ ποιήσει τὸν λόγον ἀνεξέλεγκτον. Ἐπὶ ὅσα οὖν τις προσδαπάνηται τῶν ἐρωτημάτων, προεπιστατέον, καὶ προαπορρυτέον. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τὸν συνδαπάνημον κωλύσειεν.

De vera solutione, CAP. IIII.

QVoniam autem illa est vera solutio, falsitatem syllogismi indicare, docendo ex qua potissimum interrogatione pendeat falsa conclusio: falsus autẽ syllogismus duobus modis dicitur: vno, si falsum concludit: altero, si syllogismus esse videatur, cùm reuera non sit: hinc fanè perspicuum est, præter illam quam modò dixi solutionem, esse etiam alteram, quæ propriè accommodata est ad eos, qui speciem syllogismorum præ se ferunt, cùm reuera nil necessariò concludant: quæ solutio est interrogationum correctio, ad docendum cur ex iis non sequatur,

Ἐπεὶ δέ ἐστιν ἡ μὲν ὀρθὴ λύσις, ἐμφαίνουσις ψεῦδος συλλογισμοῦ, παρ' ὁποίαν ἐρώτησιν συμβαίνει τὸ ψεῦδος· ὁ δὲ ψεῦδος συλλογισμὸς λέγεται διχῶς· ἢ γὰρ εἰ συλλελόγισται ψεῦδος, ἢ εἰ μὴ ὢν συλλογισμὸς, δοκεῖ εἶναι συλλογισμός· εἴη ἂν ἥ τε εἰρημένη καὶ λύσις, καὶ ἡ τοῦ φαινομένου συλλογισμοῦ, ὥστε τι φαίνεται τῶν ἐρωτη-

μάτων

μάτων διόρθωσις. ὥςτε συμβαίνει τὴν λόγων, τοῖς μὲν συλλελογισμένοις ἀνελόντα, τοῖς δὲ φαινομένοις διελόντα, λύειν. πάλιν ἐπεὶ τὴν συλλελογισμένων λόγων, οἱ μὲν ἀληθεῖς, οἱ δὲ ψευδεῖς ἔχουσι τὸ συμπέρασμα· τοῖς μὲν κατὰ τὸ συμπέρασμα ψευδεῖς, δικαίως ἐνδέχεται λύειν. καὶ γὰρ τοῦ ἀνελεῖν τὴν ἔφοδον, καὶ τοῦ δεῖξαι τὸ συμπέρασμα ἔχει οὕτως. τοῖς δὲ κατὰς ἀφορμάς, τοῦ ἀνελεῖν μόνον. τὸ γὰρ συμπέρασμα ἀληθές. ὥςτε τοῖς βουλομένοις λύειν λόγον, πρῶτον μὲν σκεπτέον εἰ συλλελόγισται, ἢ ἀσυλλόγιστος, εἶτα πότερον ἀληθὲς τὸ συμπέρασμα, ἢ ψεῦδος. ὅπως ἢ διαιρεσιῶντες, ἢ ἀναιρεσιῶντες λύωμεν· ἢ ἀναιρεσιῶντες ἢ ὧδε ἢ ὧδε, καθάπερ ἐλέχθη πρότερον. Διαφέρει δὲ πλεῖστον ἐρωτῶμενόν τε καὶ μὴ, λύειν λόγον. τὸ μὲν γὰρ ἀφορᾶν, χαλεπόν· τὸ δὲ κατὰ σχολὴν ἰδεῖν, ῥᾴδιον.

sed modò videatur sequi. Vnde illud efficitur, captiones, quarũ non est vitiosus concludẽdi modus, soluendas esse negando: in quibus vitiosa est conclusio, in iis distinctionem esse adhibendã. Rursus inter easrationes, quarum est necessaria conclusio, aliæ sunt quæ veram, aliæ quæ falsam habent conclusionẽ. Atque illæ quidem, quibus falsa est cõclusio, dupliciter dissolui possunt, refutãdo scilicet, ac negando vnam aut alterã sumptionũ, & indicando talem, hoc est, falsam esse conclusionem. Quæ verò propositiones modò falsas habent, non etiam conclusionẽ, hac tantùm ratione dissoluentur, si quã sumptionum falsam esse cõspicies, eam respuas: quippe cùm vera sit cõclusio. Itaque argumẽta qui volet rectè dissoluere, hoc primũ spectabit, habeántne vim cõcludẽdi necessariã, an minus necessariã: tũ deinde vtrũ vera, an falsa sit cõclusio: idque eo faciet, vt ea dissoluat distinguendo, vel negando: & negando quidem aut hoc, aut illo quo paulò antè diximus modo. Multum autem interest, vtrum dissoluatur argumentum, cùm alius vrgeat, an cùm per se, nullóque vrgẽte. Namstatim & in promptu occurrere captioni difficile est: per otium autem, & cùm datur tibi cogitandi spatium, facile.

De homonymia, & amphibolia, CAP. V.

Τῶν μὲν οὖν ἀφ' ἑνὸς ὁμωνυμίαι καὶ τοῦ ἀμφιβολίαι ἐλέγχων, οἱ μὲν ἔχουσί τι τοῦ ἐρωτήματος πλέον σημαῖνον, οἱ δὲ τὸ συμπέρασμα πολλαχῶς λεγόμενον. οἷον ὃν μὲν τοῦ σημαντὸν λέγειν, τὸ συμπέρασμα διττὸν. ὃν δὲ τοῦ μὴ συνεπισπᾶσθαι ἢ ὑπισάμενον, ὡς ὅτι τόδε, ὁ ὑπισάμενος

REprehensionũ, quæ aut ex verbi homonymia, aut ex orationis ambiguitate ducũtur, duo sunt genera. Vnum earum, quæ in altera sumptionũ eã habent ambiguitatẽ, ex quo oritur captio. Alterum earum, in quibus conclusio multis modis dicitur. Vt in illo ἐνυπνίῳ proloqui, conclusio duplex est: in illò aũt quo efficitur, eum qui sciat, nescire, quia quod quisque scit

dicere aut facere, id ipsum quoque scit, quod dicit aut facit: atqui iste scit dicere carmina iambica: iste igitur scit iambica: vna de interrogationibus duo significat: quorum hoc quidē est, illud verò nō est. In quibus igitur est in conclusione id qđ multis modis dicitur, in iis nulla omnino est reprehēsio, nisi iā antè qui interrogat, ab aduersario acceperit contradictionē: vt in illo, cæcū videre, non fit reprehēsio sine contradictione. Cùm verò in interrogationibus versatur id quod est multiplex, tum nō est necesse prænegare: quandoquidē non ad multiplex efficiendū pertineat argumentatio, sed ex ipso multiplici ducitur. Est igitur iam inde à principio multiplici aut nomini, aut orationi ita occurrendū, vt partim id verum esse quod interrogatur, partim falsum respōdeamus: Veluti σιγῶντα proloqui, vno quidē modo sumptum, verum est, altero non verū. Itémque id faciendum esse, quod facere oportet, vna significatione verum est, altera falsum. Oportet enim, multiplex est Quòd si id à principio latuerit, ad extremū aliquid addendo propositio corrigetur. Verbi gratia, concludit aduersarius: Accidit igitur σιγῶντα proloqui. tu contrà dicito, accidit verò τὰ σιγῶντα proloqui, sed τὸν σιγῶντα non accidit. Quod idem erit in iis faciendū, in quibus id quod multiplex, in propositionibus sumptum est. Exempli causā, cùm ad extremum concludetur, non igitur intelligimus quod scimus: certè respondebis: veruntamen non conclusisti, quæ nos hoc modo scimus, eo nos non intelligere. Neque enim idē valet dicere, non intelligere omnino scientē, quod intelligere eum qui hoc modo scit. Omninóque obluctandum est etiam si simpliciter conclusum sit, dicendumque non eam rem quam asserimus, sed verba modò esse refutata, ideóque non esse factam reprehensionem.

λέγειν, ἢ φέρειν, καὶ ἐκεῖνο συνεπίστασθαι ὁ λέγει, ἢ φέρει. ἔστι γὰρ ἐπίστασθαι λέγειν ἰαμβεῖα, ἔστι ἄρα συνεπίστασθαι καὶ τὰ ἰαμβεῖα. ἐν τῷ δὲ ἐρωτημάτων ἀμφίβολον, καὶ διττὸν, ὁτὲ μὲν ὅτι, ὁτὲ δὲ οὐκ ἔστι, ἀλλὰ σημαίνει τὸ διττὸν, τὸ μὲν ὄν, τὸ δὲ οὐκ ὄν. ὅσοις μὲν οὖν ἐν τῷ τέλει τὸ πλέον ἀχὼς, ἂν μὴ προσληφθῇ τὸ ἀπόφασιν, οὐ γίνεται ἔλεγχος. ἔστι γὰρ τὸ τυφλὸν ὁρᾶν. ἀεὶ δὲ ἀπόφασιν οὐκ ἰδεῖ ἔλεγχος. ὅσοις δ' ἐν τοῖς ἐρωτήμασιν, οὐκ ἀεὶ ἀνάγκη προαποφῆσαι τὸ διττόν. ἀδιάφορος ἦν, ἀλλὰ δῆλον τὸ ὁ λόγος. ἐν ἀρχῇ μὲν οὖν τὸ ἁπλοῦν, καὶ ὄνομα, καὶ λόγον οὕτως ἔχειτέον, ὅτι ἔστιν ὡς ναὶ, ἔστι δ' ὡς οὔ. ὥσπερ τὸ σιγῶντα λέγειν, ὅτι ἔστιν ὡς ναὶ, ἔστι δ' ὡς οὔ. καὶ τὰ δέοντα προσκείσθω ἐστὶν ἃ, ἔστι δὲ ἃ οὐ. τὰ γὰρ δέοντα λέγεται πολλαχῶς. ἐὰν δὲ λάθῃ, ὅτι τέλει προστιθέντα τῇ ἐρωτήσει διορθωτέον. ἔστιν ἄρα σιγῶντα λέγειν; οὐ· ἀλλὰ τόνδε σιγῶντα. καὶ ἐν τοῖς ἔχουσι δὲ τὸ πλεοναχῶς ἐνίοτε προστάσεσιν, ὁμοίως. ἐκ ἄρα συνεπίστανται, ὅτι ἐπίστανται; ναί. ἀλλ' οὐχὶ οὗτοι ἐπιστάμενοι. οὐ γὰρ ταυτόν ἐστιν, ὅτι οὐκ ἔστι συνεπίστασθαι, καὶ ὅτι τοὺς ὡδὶ ἐπισταμένους οὐκ ἔστιν. Ὅλως τε μαχητέον, καὶν ἁπλῶς συλλογίζηται, ὅτι μὴ ὁ ἔφησεν ἀποφῆσαι φάγμα, ἀλλὰ ὄνομα, ὡς τε τοῦτο οὐκ ἔλεγχος.

De

De fallacia compositionis, & diuisionis, Cap. VI.

Φανερὸν δὲ καὶ πῶς ἔχει τὰ τῶν διαιρέσιν καὶ συνθέσιν πῶς λυτέον. ἐὰν γὰρ διαιρεθῇ μὲν καὶ συνῃ δὲ μὲν ὁ λόγος, ἔσται σημαίνῃ συμπεραινόμενον, τοὐναντίον λεκτέον. εἰσὶ δὲ πάντες οἱ τοιοῦτοι λόγοι, τῶν συνθέσιν καὶ διαίρεσιν. ἆρ' ᾧ εἶδες οὐ τοῦτον τυπτόμενον, τοῦτο ἐτύπτετο ἐκεῖνος; καὶ ᾧ ἐτύπτετο, τοῦτο οὐ εἶδες; ἐχειμῶν ἦν τι καὶ τῷ ἀμφιβόλων ἐρωτημάτων, ἀλλ' ἐστὶ τῶν συνθέσιν. οὐ γὰρ ὅτι διττὸν τὸ τῶν διαίρεσιν. οὐ δὲ ὁ αὐτὸς λόγος μένει διαιρεθέντος, εἴπερ μὴ καὶ τὸ ὄρος ὁ ὄρος τῇ προσῳδίᾳ λέγειν ὠδί, ἔσται σημαίνει, ἀλλ' ὅταν μὲν οἷς γεγραμμένος ταὐτὸν ὄνομα, ὅταν ἐν τῇ αὐτῇ στοιχείων γεγραμμένον ᾖ, καὶ ὡσαύτως. κεῖται δὴ τὰ τῶν σημα ποιοῦντα. τὰ δὲ φθεγγόμενα οὐ ταυτά. ὥστε διττὸν τὸ τῶν διαίρεσιν. φανερὸν δὲ καὶ ὅτι οὐ πάντες οἱ ἐλεγχοι τῶν διττὸν, καθάπερ τινές φασι. διαιρετέον οὖν τῷ ὑποκειμένῳ. οὐ γὰρ ταυτὸν εἰπεῖν ἰδεῖν τοὺς ὀφθαλμοῖς τυπτόμενον, καὶ τὸ φαῦλον ἰδεῖν τοὺς ὀφθαλμοῖς τυπτόμενον. καὶ ὁ Εὐθυδήμου λόγος, ἃ σὺ οἶδας οὐ νῦν οὔσας σὺ Πέραιεῖ ἔπεισεις σὺ Σικελίᾳ ὤν; καὶ πάλιν, ἆρ' ὅσιόν ἐστιν ἀγαθὸν ὄντα σιτία μοχθηρὸν εἶναι; καὶ

EX iis verò quæ modò expo-
suimus, iam propemodum perspicuum est, quæ sit ratio solu endarum captionum, quæ ex compositione & diuisione ducũtur. Cùm enim aliud composita, aliud diuisa oratio significet, ad extremum quando vnũ concludet aduersarius, contrarium tibi erit subiiciẽdum. Sunt autẽ omnes istæ captiones ex compositione & diuisione eiusmodi. Nũquid quo tu illum percussum vidisti, eo ille percussus est? Et nũquid quo is percussus est, eo tu vidisti? Atque istæ quidẽ captiones habẽt nescio quid ambiguitatis, sed tamen ad locum ex cõpositione referẽdæ sunt. Neque enim duplex appellari potest, quod modò coniũctam, modò diuisam habet sententiam: quandoquidem oratio non maneat eadem, cùm distincta accipitur, quæ antè erat cõiuncta. Nisi forte dicamus ὄρος & ὅρος, cùm sic accentibus distincta proferuntur, dici multipliciter: quę tamẽ, quod attinet ad scripturã, sunt vnũ idémque vocabulum, cùm & elemẽtis eisdẽ & eodem modo scribantur: cæterùm notæ ac centuum illic appositæ efficiunt ne cùm pronunciantur, eadem sint. Quocirca multiplex oratio non erit, quæ modò coniũctim, modò diuisim accipi potest. Vnde etiam planum est, non verũ esse, quod aliqui voluerunt, om-

nes reprehẽsiones pertinere posse ad locum ex multiplici. Est igitur ad soluendas istas captiones respõdenti adhibenda distinctio, nõ idẽ scilicet valere, si dicas vidisse te oculis, percussum, ac si diceres vidisse te, oculis percussum. Quod idem in captione Euthydemi faciendum: quæ est huiusmodi. Nuquid triremes, quæ in Piræo sunt nũc scis, cùm in Sicilia sis? Itémque in hac: Putásne malũ sutorem bonũ esse? atqui

fieri poteſt, vt quis malus ſit, & bonus ſutor ſit: quidam igitur malus ſutor bonus erit. Item in hac: Nõne quorũ bonę ſunt ſciẽtiæ, ea ſunt bona μαθήματα? malorũ aũt bonæ ſunt ſciẽtiæ: mala igitur ſunt bona μαθήματα: atqui mala & μαθήματα ſunt, & ſunt mala: quare neceſſe eſt, vt ſint mala μαθήματα. Et putáſne verũ eſſe dicere modò te natum eſſe? tu igitur modò natus es An aliud coniuncta, aliud diuiſa ſignificat hæc oratio? Certè: Verum enim eſt nunc, te natũ eſſe: ſed falſum eſt, te nunc natũ eſſe. Quæ tu facere potes, & vti potes, ea nõnne tu & eo modo reddere effecta potes? tu verò non pulſans citharam, pulſare illam potes: tu igitur hoc efficere poteris, vt non pulſans citharam pulſes tamẽ. At enim quod poſſe ſe alius dicit, non ſic accipiendum eſt, quaſi non pulſans poſſit pulſare, ſed quaſi poſſit, cùm deſinet vnum facere, alterũ ſtatim effectum reddere. Porrò autem aliter hanc captionem diſſoluere aliqui conantur, dicẽtes quanquam id conceſſum ſit, poſſe me quomodo poſſum aliquid eo modo illud effectum reddere, non tamen rectè concludi, poſſe me non pulſando citharã, pulſare: quia non ſit conceſſum, omni modo quo poſſum, ſed incertè, quomodo poſſum, ita me facturum: nunc autem certum eſt, idem non valere, quomodo poſſum, ita faciam, & quocunque modo poſſum, illo quouis modo faciam. Verùm quàm illi malè ſoluant, hinc poteſt facilè intelligi, quòd cùm neceſſe ſit omnes captiones ex eodem loco ductas, vno eodémque modo diſſolui, iſta diſſolutio non poſſit ad omnes huius generis accommodari: quinetiam non ad omnes qui eãdem captionem alio quouis modo proponent: ſed ad eum modò, qui ita proponit, non ad ipſam argumentationem.

ἀλ' εἴ τις ἀγαθὸς ὢν σκυτεὺς, μοχθηρὸς, ὥστε σκυτεὺς μοχθηρός. ἆρ' ὧν αἱ ἐπιστῆμαι ἀγαθαὶ, ἀγαθὰ τὰ μαθήματα; τῶν δὲ κακῶν ἀγαθὸν τὸ μάθημα, ἀγαθὸν ἄρα μάθημα τὸ κακόν. ἀλλὰ μὴν τὸ κακὸν, καὶ μάθημα, καὶ κακόν· ὥστε κακὸν μάθημα τὸ κακόν. ἆρ' ἀληθὲς εἰπεῖν νῦν ὅτι σὺ γέγονας; γέγονας ἄρα νῦν. ἢ ἄλλο σημαίνει διαιρεθέν; ἀληθὲς δὲ εἰπεῖν νῦν, ὅτι γέγονας, ἀλλ' οὐ νῦν. ἆρ' ὃς δύναται, ἃ δύναται, ὅπως ταῦτα ποιήσεις ἃ; ἢ κιθαρίζων ἔχεις δύναμιν τὸ κιθαρίζειν, κιθαρίσεις ἃ ἄρα οὐ κιθαρίζων. ἢ οὐ τούτου ἔχει τὴν δύναμιν τὸ οὐ κιθαρίζων κιθαρίζειν; ἀλλ' ὅτε οὐ ποιεῖ, τοῦτο ποιεῖν; λύουσι δὲ τοῦτο τινες καὶ ἄλλως. εἰ γὰρ ἔδωκεν ὡς δύναται ποιεῖν, οὐ φασι συμβαίνει μὴ κιθαρίζοντα κιθαρίζειν. οὐ γὰρ πάντως ὡς δύναται ποιεῖν, δεδόσθαι ποιῆσειν, οὐ ταυτὸν δ' ἐστὶ τὸ ὡς δύναται, πάντως ὡς δύναται ποιεῖν. ἀλλὰ φασιὸν, ὅτι οὐ καλῶς λύουσι. πρὸς γὰρ ταυτὸν λόγων ἡ αὐτὴ λύσις, αὐτὴ δ' οὐχ ἁρμόσει ὅπῃ πάντας, οὐδὲ πάντως ἐρωτωμένοις, ἀλλ' ἔστι πρὸς τὸν ἐρωτῶντα, οὐ πρὸς τὸν λόγον.

De

De accentu, Cap. VII.

Περὶ δὲ τῶν προσῳδίαν, λόγοι μὲν οὐκ εἰσὶν, οὔτε τῶν γεγραμμένων, οὔτε τῶν λεγομένων, πλὴν εἴ τινες ὀλίγοι ῥᾳδίως ἂν, ὡς ἔοικε, ὁ λόγος. ἆρα γέ ἐστι τὸ οὐ καταλύεις οἰκίαν; ναί. οὐκοῦν τὸ οὐ καταλύεις τῷ καταλύεις ἀποφάσις; ἔφησας δὲ εἶναι τὸ οὐ καταλύεις οἰκίαν. ἡ οἰκία ἄρα ἀπόφασις. ὡς δὴ λυτέον, δῆλον. οὐ γὰρ ταυτὸ σημαίνει ὀξύτερον, τὸ δὲ βαρὺτερον ῥηθέν.

AB accentu captiones nullæ sunt, nec in scripto, nec in voce, aut certè admodum paucæ sunt: qualis est ista, Nónne habitas, domus est? certè at nónne illud habitas, est negatio huius verbi habitas? dixisti autè habitas domum esse: domus igitur negatio quædam est. Quæ captio quomodo sit dissoluenda, non est difficile videre. Non idem significat illud tono acuto prolatum οὔ, & circûflexo οὖ.

De figura dictionis, Cap. VIII.

Δῆλον δὲ, καὶ τοῖς αὐτὰ τὸ αὐτὸ σημαίνουσι λέγειν τὰ μὴ ταυτὰ, πῶς ἀπαντητέον, ἐπείπερ ἐλέγομεν τὰ ὄντα τῶν κατηγοριῶν. ὁ μὲν γὰρ ἐρωτηθεὶς μὴ ὑπάρχειν τι τῶν ὅσα τί ἐστι σημαίνει, ὁ δὲ ἐδείξεν ὑπάρχειν τι τῶν πρός τι, ἢ ποσῶν, δοκούντων δέ τί ἐστι σημαίνειν, ὥστε τῷ λέγειν, οἷον ἐν τῷδε τῷ λόγῳ. ἆρ' ἐνδέχεται τὸ αὐτὸ ἅμα ποιεῖν τε καὶ πεποιηκέναι; ἀλλὰ μὴν ὁρᾶν γέ τι καὶ ἑωρακέναι τὸ αὐτὸ, καὶ κεῖσθαι τὸ αὐτὸ ἐνδέχεται. ἆρά ἐστι τι τῶν πάσχειν, ποιεῖν τι; οὐκοῦν τὸ τέμνεσθαι, καίεσθαι, αἰσθάνεσθαι, ὁμοίως λέγεται, καὶ πάντα πάσχειν τι σημαίνει; τί δὲ πάλιν τὸ λέγειν, ἔχειν, ὁρᾶν, ὁμοίως ἀλλήλοις λέγεται; ἀλλὰ μὴν τό γ' ὁρᾶν, αἰσθάνεσθαί τί ἐστιν. ὥστε καὶ πάσχειν τι, ἅμα δὲ

PErspicuum etiam est quo modo his occurrendum sit quæ secundum figuram orationis eadem videntur, cùm eadem non sint: quoniam genera categoriarum tenemus & intelligimus. Nam quod iste interrogatus negauit in verbo quid est substantiámque significante, id alius vt affirmet, traducit ad id, quod in genere quantorum continetur, aut eorum, quæ ad aliquid dicuntur, quæ tamen in figura orationis speciem quandam præ se ferunt, eorum quæ quid, hoc est substantiam significant: Veluti in hac captione: Putásne fieri posse, vt tu eandem rem simul facias & feceris? At videre tu idem potes & vidisse, idque eadem ratione. Et illa: Putásne fieri posse, vt aliquid sit actio & passio? Quid verò, nunquid secari, cremari, operari, genere dicendi conueniunt, & pati omnia significant? Illa verò, dicere, currere, videre, nunquid eodem modo dicuntur? Atqui videre est operari: quare pati significat: quod idem etiam

agere est. Quòd si quis fieri non posse dixerit, vt idē simul facias & feceris, idque postea admittat, posse euenire, vt idē videas & videris, nondum erit hac ratione reprehensus, modò nō dixerit videre, actionē significare, sed potius pati. Nam vt reprehēsio fiat, id quoque fuit præter illa interrogandum. Illud tamen videtur auditoribus iam esse cō
• cessum, quia admissum est, fecare, esse agere, & fecuisse, egisse, & huius generis alia, quæ genere dicendi illis sunt similia. Nam quod deest argumento, ipse per se audit or supplet, quod similiter dici videatur. Reuera autem hæc similiter non dicuntur, sed id propter verbi similitudinem apparet. Atque ita in iis captionibus idē vsuueait, quod in iis, quæ ducūtur ex homonymia: in quibus si quis verborum vim ignorat, putat respondentem nō modò in nomine, sed etiam in re eadē, quod affirmauerat, negare: cùm tamen ei qui contra disputat, necesse sit vt aduersariū redarguat, interrogare præterea, an eadem semper significatione accipiat, quod dicit: quo certè concesso, vera sequitur reprehensio. Sunt autem & quæ se quūtur captiones superioribus similes. Si quis quod habuit, iā non habet, nónne illud amisit? At enim qui vnum modò ex decem calculis amisit, iam non habet decem calculos. An verū est eū amisisse, qui nōhabet, qđ habuit: illud aūt non verū, si tantū
• nō habet, quātum priùs, aut tot, quot antè habuit, propterea tantum aut tot amisisse? Ergo quod primum in substantia interrogauerat, id transfert in conclusione ad numerum: decem enim non substātiam, sed numerū significant. Quod si initio ita interrogauisset: Si quis modò nō habet tot calculos, quot antè habuit, nónne tot omninò amisit, quot habuit? nemo id cōcessisset, sed dixisset, vel ex iis aliquot, vel

καὶ ποιεῖν. εἰ δέ τις ἐνδέχεσθαι ἅμα τὸ αὐτὸ ποιεῖν τε καὶ πεποιηκέναι, τὸ ὁρᾶν καὶ ἑωρακέναι φαίη ἐγχωρεῖν, οὔπω ἐλήλεγκται, εἰ μὴ λέγοι τὸ ὁρᾶν ποιεῖν τι, ἀλλὰ πάσχειν. προσδεῖ δὲ τούτου τὸ ἐρωτήματος, ἀλλ' ὑπὸ τῶ ἀκούοντος ὑπολαμβάνεται δεδωκέναι, ὅτε τὸ τέμνειν ποιεῖν τι, καὶ τὸ τετμηκέναι πεποιηκέναι τι δεδωκε, καὶ ὅσα ἄλλα ὁμοίως λέγεται. τὸ γὰρ λοιπὸν αὐτὸς προστίθησιν ὁ ἀκούων, ὡς ὁμοίως λεγόμενον. τὸ δὲ λέγεται μὴ οὐχ ὁμοίως, φανεῖται ἐν ὀλίγῳ λέξαντι. τὸ αὐτὸ δὲ συμβαίνει, ὅπερ ἐπὶ τῶν ὁμωνυμίας. οἴεται γὰρ ὁ ἐν τοῖς ὁμωνύμοις ὁ ἀγνοῶν τὴν λόγων, ὃ ἔφησεν ἀποφῆσαι πρᾶγμα οὐχὶ ὄνομα, τοῦ δὲ ἔτι προσδεῖ ἐρωτήματος, εἰ ἐφ' ἓν βλέπων λέγοι τὸ ὁμώνυμον. οὕτως γὰρ ἔσται ἔλεγχος. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἐν οἷς λόγοι τούτοις. εἴ τις τι ἔχων, ὕστερον μὴ ἔχει, ἀπέβαλεν; ὁ γὰρ ἕνα μόνον ἀποβαλὼν ἀστράγαλον, οὐκ ἔξει δέκα ἀστραγάλους, ἢ ὃ μὴ μὴ ἔχει, πρότερον ἔχων ἀπεβέβληκεν. ὅσον δὲ μὴ ἔχει, ἢ ὅσα, οὐκ ἀνάγκη πάντα ἀποβαλεῖν. ἐρωτήσας οὖν ὃ ἔχει, σωάγει δῆτι τὰ ὅσα. τὰ γὰρ δέκα πάντα εἰ συνῆρτο ἐξ ἀρχῆς, ὅσα τις μὴ ἔχει πρότερον ἔχων ἅπαντα ἀπέβεβληκε πάντα; οὐδεὶς ἂν ἔδωκεν, ἀλλ' ἢ πάντα, ἢ

τοῦ πεν

τούτων τι, καὶ ὁπόσοιν αὖ ὁ μὴ ἔχει. οὐ γὰρ ἔχει μόνον ἕνα ἀσταλαλον, ἢ οὐ δέδωκεν ὁ ἐκ εἴχεν, ἀλλ' ὡς οὐκ εἶχε, τὸν ἕνα. τὸ γὰρ μόνον οὐ τόδε σημαίνει, οὐδὲ ποιόνδε, οὐδὲ τοσόνδε τι, ἀλλ' ὡς ἔχει πρός τι, οἷον ὅτι ὁ μετὰ ἄλλου. ὥσπερ οὖν εἰ ἤρετο, ἆρ' ὁ μὴ ἔχει τις, δοίη ἄν τις; μὴ φαύτος δὲ, ἔροιτο, εἰ δοίη ἄν τις τι ταχέως μὴ ἔχων, ταχέως; φήσαντος δὲ, συλλογίζοιτο, ὅτι δοίη ἄν τις ὃ μὴ ἔχει, καὶ φανερὸν ὅτι οὐ συλλελόγισαι. τὸ γὰρ ταχέως, οὐ τόδε δίδοναι ἔστιν, ἀλλ' ὧδε δίδοναι. ὡς δὲ μὴ ἔχῃ τις, δοίη ἄν. εἰ ἡδέως ἔχων, δοίη ἄν λυπηρῶς. ὁμοίοι δὲ καὶ οἵδε πάντες. ἆρ' ἢ μὴν ἔχει, χρεὼ τύπτοι ἄν; ἢ ᾧ μὴ ἔχει ὀφθαλμοὺς ἴδοι ἄν; οὐ γὰρ ἔχει ἕνα μόνον. λύουσι μὲν οὖν τινες λέγοντες, ὡς ἔχει ἕνα μόνον καὶ ὀφθαλμόν, καὶ ἄλλο ὁτιοῦν ὁ πλείω ἔχων. οἱ δὲ καὶ ὡς ὃ ἔχει ἔλαβεν. ἐδίδου γὰρ μίαν μοῦσαν ἔστι ψῆφον, καὶ ἔστι ἔχει φασὶ μίαν μοῦσαν ψῆφον τούτου ψῆφον. οἱ δὲ οὐθεὶς τῶν ἐρώτησιν ἀμφισβητοῦντες, ὅτι οὐδέχεται ὃ μὴ ἔλαβεν ἔχειν. οἷον οἶνον λαβόντα ἡδὺν ὀξυφθαρέντα ἐν τῇ λήψει, ἔχειν ὀξύν. ἀλλ' ὅπερ ἐλέχθη πρότερον, οὗτοι πάντες οὐ πρὸς τὸν λόγον, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἀνθρωπον λύουσιν. εἰ γὰρ τῷ αὐτὴ λύσις, δόντα τὸ αὐτὸ εἰμόν, οὐχ οἷόν τε illos omnes amisisse. Huius quoque generis est captio, qua concluditur dare aliquem quod nō habet: quia cùm non habet vnū solum calculum, vnū solum det alteri. Atqui hoc non est dare quod nō habes, sed quatenus tu vnum solum non habes. Nā hoc verbum, solum, non substantiā, aut qualitatē, aut quātitatem significat, sedin comparatione ad alterū cernitur, vt significet nō habere te illud cum alio. Habes igitur illa captio eandē vim, ac si quispiā ita interrogaret, nunquid dare quispiam potest quod non habet? idque concedente altero, subiiceret. Quid verò, nunquid dare citò potest, quod citò non habuit? quo ab aduersario concesso, cōcluderet, potest igitur dare quispiam quod nō habet: Nā quid apertius est, quàm eum qui ita sit argumētatus, nil necessariò confecisse? Etenim citò dare, non est quippiam dare, sed hoc modo. Illud verò nemo negauerit fieri posse, vt alio modo des quippiam quàm habeas: veluti quod cū voluptate habes, id ægrè & cū molestia dederis. Similes autem illis sunt captiones eiusmodi. Potéstne aliquis ferire alterum manu quam non habet? aut videre oculo quē nō habet? Neque enim vnum tantùm oculum habet. Huiusmodi autem captionibus ita occurrunt quidam, vt eum dicant vnum modò aut oculum, aut aliud quiduis habere, qui plura habet. Alij verò dicunt id ipsum omnino hunc accipere, quod alius dat, quippe cùm vnum modò det iste calculum, aliusque non plusquam vnum ab altero accipiat. Alij item aiunt fieri posse, vt quis id habeat quod non accepit. Veluti si quis dulce vinum accipiat, eo inter accipiendum corrupto, acetum quod non accepit, habere. At illi quidem certè omnes illo modo captionem non dissoluunt, sed (quod etiam paulò antè diximus) homini, non argumento occurrunt. Nam si esset hæc vera solutio, qui cōtrarium daret, non posset omnino istas captiones

(quod idem profectò in aliis omnibus vsuu nit) dissoluere. Vt si vera solutio est in distinctione multiplicis, dicendo in vna quidem significatione verū esse, in altera non verum, quicunque simpliciter dici concesserit, is necessariò conuincetur, erit que id necessariò confectum, quod voluit aduersarius. Sin qui hoc fecerit, non cõuincatur necessaria conclusione, non erat profectò vera illa solutio. Atqui in ĩs de quibus agitur captionibus, concessis omnibus, dicimus nihil vitiocinatione concludi. Sunt etiam superioribus similes. Nonnequod scriptum est, id scripsit aliquis? scripta autē est nunc te sedere falsa oratio, quæ tamen erat vera quando scribebatur. Ergo simul & vera & falsa scribebatur. Etenim verā aut falsam dicere orationem aut opinionem, non hoc, id est substantiam, sed tale aliquid, id est qualitatē declarat. Nam & opinionis eadē est ratio. Et nónne quod quisque discit, illud est quod discit? discit autem quispiam celeriter, id quod tardum est. Hic enim non assumptū est, quod discit quispiā, sed quo modo discit. Item ista: Quod quisque perambulat, nónne id pedibus calcat? perambulat autē aliquis totum diem. Profectò hic non assumptum est, quod quis perambulat, sed tempus in quo ambulat. Itémque cùm calicem bibisse alterum dicimus, hoc ipsum quod bibit, non dicimus, sed vnde bibit. Et nónne quod scit quisque, id aut ab altero didicit, aut ipse per se inuenit? At duobus sumptis, quorum vnum didiceris, alterum inueneris, in illa ambo neutrum eorum cadere potest: aut hoc quidem omne, illud non omne. Et esse aliquem tertium hominem, præter ipsum & præter singulos. Homo enim & omne vniuersale, non hoc aliquid, sed tale aliquid, aut relatum ad aliud, aut aliquo modò se habens, aut aliquid eiusmodi significat. Similiter etiam con-

λύειν, καθάπερ ὅτι τῷ ἄλλων. ἆρ' εἰ ἔστι μὲν ὁ, ἔστι δὲ ὃ οὔ, ἡ λύσις ἁπλῶς δὴ λέγεται, συμπεραίνηται. ἐὰν δὲ μὴ συμπεραίνηται, οὐκ ἐν λύσις. ἐαί τε τοῖς ὡρισμένοις πᾶσιν διὰ δυοῖν, οὐ φαῦλη γίνεται συλλογισμόν. ἔτι δὲ καὶ οἷόν τε εἶναι τοῦτον τὸν λόγων. ἆρα ὁ γέγραπται γέγραφέ τις; γέγραπται δὲ νῦν ὅτι σὺ κάθησαι, φαῦλος ὁ λόγος, ὧν δ' ἀληθὴς ὅτε ἐγράφετο. ἅμα ἄρα ἐγράφετο φαῦλος καὶ ἀληθής. τὸ δὲ φαύλη ἢ ἀληθῆ λέγειν λόγον, ἢ δόξαν εἶναι, οὐ τόδε, ἀλλὰ ποιόνδε σημαίνει. ὁ δὲ αὐτὸς λόγος, καὶ ὅτι τῆς δόξης. καὶ ἆρ' ὁ μανθάνει ὁ μανθάνων, τοῦτό ἐστιν ὃ μανθάνει. μανθάνει δέ τις τὸ βραδὺ ταχύ. οὐ γὰρ ὁ μανθάνει, ἀλλ' ὡς μανθάνει εἴρηκε. καὶ ἆρ' ὁ βαδίζει τις, πατεῖ. βαδίζει δὲ τὸν ἡμέραν ὅλων. ἢ οὐχ ὁ βαδίζει, ἀλλ' ὅτι βαδίζει. εἴρηκεν; οὐδὲ ἐταν τὸν κύλικα πίνει, ὃ πίνει, ἀλλ' ὅθεν οὖ. καὶ ἆρα ὅ τις οἶδε, τοῦτο ἢ εὑρὼν ἢ μαθὼν οἶδεν. ὧν δὲ τὸ μὲν εὗρε, τὸ δὲ ἔμαθε, τὰ ἄμφω οὐδέτερον. ἢ ὃ μὲν οὐκ ἅπαν, ὃ δὲ ἅπαν. καὶ ὅτι ἔστι τις ἵππος αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν παρ' αὐτὸν, καὶ τινες καθ' ἕκαστον. τὸ δὲ αὐτόπος καὶ ἅπαν τὸ κοινόν, οὐ τόδέ τι, ἀλλὰ ποιόνδέ τι, ἢ πρός τι, ἢ πῶς ἢ τῷ τοιοῦτόν τι σημαίνει. ὁμοίως δ' ἔχει

τοῦ,

τῶ, Κορίσκος καὶ Κορίσκος μουσικὸς, πότερον ταὐτὸν, ἢ ἕτερον. τὸ μὲν γὰρ τόδε τι, τοῦτο ἢ τοιόνδε σημαίνει. ὥστε οὐκ ἔστιν αὐτὸ ἑαυτῷ. οὐ τὸ σκηπτεσθαι δὲ ποιεῖ τὸν ἕτερον ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸ ὅπερ τόδε, τόδε τι ἦν) συγχωρεῖν. οὐ γὰρ ἔσται τόδε τι εἶναι, ὅπερ Καλλίας καὶ ὅπερ ἄνθρωπός ἐστιν. οὐσηῖ εἰ τις τὸ σκηπτέμενον, μὴ ὅπερ τόδε τι ἦν) λέγοι, ἀλλ' ὅπερ ποιὸν, οὐδὲν διοίσει. ἔσται γὰρ ἁπλῶς τοῖς πολλοῖς ἓν τι, οἷον ὁ ἄνθρωπος. φανερὸν οὖν ὅτι οὐ δοτέον τόδε τι ἦν) τὸ κοινῇ κατηγορούμενον ἐπὶ πᾶσιν, ἀλλ' ἢ ποσὸν, ἢ ποιὸν, ἢ πρός τι, ἢ τῷ τοιούτων σημαίνει.

tingit in Coriſco & Coriſco muſico, an idem vel diuerſus. Nam ille hoc aliquid, hic quale aliquid ſignificat. Itaque nō eſt eadem vnius atque alterius expoſitio. Neque verò ipſa expoſitio tertium hominem facit, ſed id ipſum quod quid eſſe cōceditur. Neque enim eſſe id ipſum quod Callias, aut id ipſum quod homo, idem erit, quod eſſe hoc aliquid. Neque ſi quis id quod expoſitum, dicat non eſſe hoc aliquid, ſed potius quale quid, omnino quicquam intererit: quandoquidem præter multos erit aliquid, vt homo. Perſpicuū igitur eſt, non eſſe admittendum, hoc aliquid eſſe quod cōmuniter de omnibus dicitur, ſed aut quantū, aut quale, aut relatū ad aliud, aut quod tale aliquid ſignificat.

Communia de fallaciis in dictione conſiſtentibus,

CAP. IX.

Ὅλως δὲ ἐν τοῖς ἀπὸ τοῦ λέξιν λόγοις, ἀεὶ κεῖ τὸ αὐτὸ κείμενον ἔσαι ἡ λύσις, ἢ παρ' ὃ ἔστιν ὁ λόγος. οἷον εἰ ἀπὸ τοῦ συνδέσμου ὁ λόγος, ἡ λύσις διελόντι. εἰ δὲ ἀπὸ τοῦ διαίρεσιν, συνθέντι. πάλιν εἰ ἀπὸ προσῳδίαν ὀξεῖαν, ἡ βαρεῖα προσῳδία λύσις. εἰ δὲ ἀπὸ βαρεῖαν, ἡ ὀξεῖα. εἰ δὲ παρ' ὁμωνυμίαν ἔξι, τὸ αὐτὸ κείμενον ὄνομα εἰπόντα λύειν. οἷον εἰ ἔμψυχον ὂν συμβαίνοι λέγειν, ὃ ἀπεφήσαντα δὲ μὴ ἦν), ἄψυχον ὡς ἔστιν ἔμψυχον. εἰ δ' ἄψυχον ἔφησεν, ὃ τὸ ἔμψυχον συνελογίσατο, λέγειν, ὡς ἔστιν ἄψυχον. ὁμοίως δὲ καὶ ὅπι τῆς ἀμφιβολίας. εἰ δὲ παρ' ὁμοιότητα λέξεως, τὸ αὐτὸ κείμενον ἔσαι λύσις.

OMnibus autem captionib. quæ in verbo ſunt hoc cō mune eſt, vt per contrariū eius, vnde ducitur captio, ſemper diſſoluantur. Verbi gratia, ſi ex cōiunctione captio exiſtat, diſſoluetur per diuiſionem: ſin ex diuiſione, per compoſitionem. Rurſum ſi ex accentu acuto, per grauem diſſoluetur: ſin ex graui, per acutum. Si verò multiplex nomen eam effecerit, diſſoluetur, poſito nomine contrario: veluti ſi cùm animatum dixeris, hoc negetur, perſpicuū erit eſſe inanimatum. Si autem inanimatum dictum ſit, & animatum ratiocinatione concludatur, dicendum eſt quomodo ſit inanimatum. Similiter verò & in orationis ambiguitate. Si autem ducta ſit ex dictionis ſimili forma, à contrario petenda eſt ſo-

lutio. Veluti ad illam. nónne' da re quispiam potest quod nõ habet? dicendum est, nõ dare quidem eum quod nõ habet, sed alio modo quàm habet: nempe quia nõ habet vnum solum calculum. Et ad istã quoque: Nunquid quod scit quisque, id discens, aut per se ipse inueniens, scit? attamen non quæ scit. Et nónne quod perambulas, id pedibus calcas? non tamen tempus quo perambulas. Similiter & in aliis.

σις. ἆρ' ὃ μὴ ἔχει. δοίη τις αὖ; ἢ οὐχ ὃ μὴ ἔχει, ἀλλ' ὡς οὐκ ἔχει. ἔστι ἕνα μόνον ἀσράγαλον. ἆρα ὃ βάπτεται, μανθάνων ἢ εὑρὼν βάπτεται; ἀλλ' οὐχ ἃ βάπτεται. καὶ εἰ ὃ βαδίζεις πατεῖς; ἀλλ' οὐχ ὅτε. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ ἄλλων.

De fallacia accidentis, Cap. x.

CAptiones autem accidentis, omnes vna ratione dissolui possunt. Quia enim incertum est, quando rei attribuenda sunt quæ accidentibus conueniũt, atque illud quidem in quibusdam verũ videtur, idque ita fieri interdum necessarium esse aiunt, in aliis verò negãt id esse necessarium: illud profectò nobis statuendũ est, atque ita debemus aduersus huius generis omnes captiones esse confirmati, vt omnino id necessariũ esse negemus. habẽdúmque erit huius rei exemplũ semper in promptu. Sunt autẽ ex accidente omnes captiones ciusmodi: Scísne quid ego te rogaturus sum? Nostin' eum qui huc ad nos venit, aut eum qui hic absconsus est? Istne hæc statua opus tuum, aut hic canis tuus pater? nunquid haud multoties pauca, sunt pauca? Perspicuũ enim est in iis omnibus non esse necesse, vt eadem quæ accidentibus conueniunt, rebus subiectis attribuãtur. Nã in iis solis quæ secundum substantiam non differunt, sed vnũ quippiam sunt, id vsuenit, vt quæ vni attribuuntur, eadem alteri omnia conueniant. Iam autem non idem est bonum esse bonum, & esse id quod ego te volo interrogare: neque idem valet venientem

Πρὸς δὲ τοὺς κατὰ συμβεβηκὸς μία μὲν ἐν αὐτοῖς λύσις πρὸς ἅπαντας. ἐπεὶ γὰρ ἀδιόριστόν ἐστι τὸ πότε λεκτέον ἐπὶ τῷ πράγματος, ὅταν ἐπὶ τῷ συμβεβηκότος ὑπάρχῃ, καὶ ἐπ' ἐνίων μὲν δοκεῖ καὶ φασιν, ἐπ' ἐνίων δὲ οὐ φασιν ἀναγκαῖον εἶναι· ῥητέον οὖν συμβιβαζόντας ὁμοίως πρὸς ἅπαντας, ὅτι οὐκ ἀναγκαῖον. ἔχειν γὰρ δεῖ προφέρειν τὸ εἶδον. εἰσὶ γὰρ πάντες οἱ τοιοῦτοι τῶν λόγων, κατὰ τὸ συμβεβηκός. ἔστι ἆρ' οἶσθα ὃ μέλλω σε ἐρωτᾶν; ἆρ' οἶσθα τὸν πρασσόντα; ἢ τὸν κεκαλυμμένον; ἆρ' ὁ ἀνδριὰς σόν ἐστιν ἔργον; ἢ σὸς ὁ κύων πατήρ; ἆρα τὰ ὀλιγάκις ὀλίγα; φανερὸν γὰρ ἐν ἅπασι τούτοις, ὡς οὐκ ἀναγκη τὸ κατὰ τὸ συμβεβηκότος, καὶ κατὰ τὸ πράγματος ἀληθεύεσθαι. μόνοις γὰρ τοῖς κατὰ τὴν οὐσίαν διαφόροις καὶ ἓν οὖσιν, ἅπαντα δοκεῖ ταὐτὰ ὑπάρχειν. πρὸς δὲ ἀγαθόν, οὐ ταὐτὸν ἐστιν ἀγαθόν τε εἶναι, καὶ μέλλοντα ἐρωτᾶσθαι, οὐδὲ πρὸς πρασσόντα,

ἢ ἐγκα-

ἢ ἐγκεκαλυμμένῳ, πρᾶσόν τε ἦ καὶ Κορίσκῳ, ὥστε οὐκ εἰ τὸν Κορίσκον οἶδα, ἀγνοῶ δὲ τὸν πρᾶσόντα, τὸν αὐτὸν οἶδα καὶ ἀγνοῶ. οὐδ' εἰ τοῦτό ἐστιν ἔργον, ἐμόν δέ ἐστιν, ἐμόν ἐστιν ἔργον, ἀλλ' ἢ κτῆμα, ἢ πρᾶγμα, ἢ ἄλλο ὁποιοῦν. τὸν αὐτὸν ὄνον καὶ ἵππον καὶ ἄλλων. λύουσι δέ τινες διαιροῦντες τὸν ἐρώτησιν. φασὶ γὰρ ἐνδέχεσθαι ταυτὸ πρᾶγμα εἰδέναι καὶ ἀγνοεῖν, ἀλλὰ μὴ κατὰ ταὐτό. τὸν μὲν πρᾶσόντα οὐκ εἰδότες, τὸν δὲ Κορίσκον εἰδότες ταὐτὸ μὲν εἰδέναι καὶ ἀγνοεῖν φασιν, ἀλλ' οὐ κατὰ ταὐτό. καί τοι πρῶτον μέν, καθάπερ ἤδη εἴπομεν, δεῖ τῆς αὐτὰ ταὐτὸ λόγων τὰ αὐτὰ ἐπὶ πάντων φέρεσθαι. αὖθις δὲ οὐκ ἔσται, αὖ τις μὴ ὅτι τὸ εἰδέναι, ἀλλ' ὅτι τὸ ἓν, ἢ πῶς ἔχειν τὸ αὐτὸ ἀξίωμα λαμβάνῃ. ἓν εἰ ὅδε ὅτι πατήρ, ἔστι δὲ σός. εἰ γὰρ ἐπ' ἐνίων τὸ ὅτι ἀληθὲς, καὶ ἐνδέχεται ταὐτὸ εἰδέναι καὶ ἀγνοεῖν, ἀλλ' ἐν ταῦτα οὐδὲν κοινωνεῖ τὸ λεχθέν. οὐδὲν δὲ κωλύει τὸν αὐτὸν λόγον πλείοις μοχθηρίας ἔχειν. ἀλλ' ἡ μὲν πάσης ἁμαρτίας ἐμφάνισις, λύσις ἐστίν. ἐγχωρεῖ γὰρ δεῖξαί τινα ὅτι ψεῦδος μὲν συλλελόγισται, παρ' ὃ δεικνὺς δεῖξαι. ἓν τὸν Διώνυσος λόγον ὅτι οὐκ ἔστι κινηθῆναι. ὥστε εἴ τις ὅτι χαίρει συμπάσχειν ὡς εἰς ἀδύνατον, ἁμαρτάνει, κἂν εἰς μυριάκις ἢ συλλελογισμένον, ἀλλ' οὐκ ἔστιν αὐτὴ λύσις. λύσις γὰρ ἡ

aut absconsum, esse venientem aut absconsum, atque esse Coriscum. Itaque non re ctè efficitur, si Coriscum nouerim, aduenientem autem non nouerim, eundē me nosse, & non nosse. Neque valet conclusio. Hoc opus quod dam est, idque meum est, hoc igitur est meum opus: sed cōcludendum est meam esse hāc possessionē, aut rem, aut aliud quid piam huiusmodi. Nec dissimilis est in aliis ratio. Cæterùm istas captiones dissoluere conātur distinctione interrogationis. Aiūt enim fieri posse vt idem nos cognoscamus & nō cognoscamus, sed non eadem ratione. Eum igitur qui venit, se fatentur nō nosse, Coriscum autē se nosse aiūt: & conclusionem qua efficitur eundem illos nosse & non nosse, ad extremum cōcedunt, sed tamen non eadem ratione. Atque illud primum vt vera sit dissolutio, necesse est (quod etiam nos paulò antè diximus) vt ad omnes eiusdem generis captiones diluendas sit accommodata, quod in hanc cadere nō potest: quandoquidem si non ex verbo nosse, sed ex verbo, esse, aut certo quodam modo affectū esse, pronunciatum illud constaret, non haberet locum illa solutio. Vt, si hic pater est, & est tuus: Vt enim in quibusdam id verū sit, fieri posse, vt idem tu scias & nescias: at certè hæc captio nil habet cum illa commune. Porrò autē nil vetat, quominus multis modis sit vitiosa & fallax eadem captio: attamē non omnis vitij explicatio est vera captionis illius solutio: quippe cùm fieri possit, vt falsum esse id quod cōcluditur dicas, & tamē vnde oriatur falsa illa cōclusio nō ostēdas. Quod accidit in argumētatione Zenonis, qua nil posse moueri ostēdere conabatur. Quapropter si quis respondens contra argumētari conetur, vt ad absurdū, is peccabit, etiāsi millies id cōcludat. Neq. enim hoc est argumētū dissoluere, sed vera solutio est,

